

uaientissimos habeas: Bona mens nec comodat nec emitur, & puto si uenalis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emunt. Sed accipe iam quod debeo, & uale. Diuitiae sunt, ad legem naturae composita paupertas. Hoc saepe dicit Epicurus aliter atque aliter. Sed nunquam nimis, dicitur quod nunquam satis dicitur, Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Vale.

EPISTOLA XXVIII. Quod non loci, sed animi mutatione tristitia tollitur, & de non prouocando discrimine, & quod initium sit salutis notitia peccati.

**H**oc tibi soli putas accidisse, & admiraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa, & tot locorum uarietatibus, non discussisti tristitiam grauiatamque metis. Animum debes mutare, non caelum, licet uastum traieceris mare, licet (ut ait Virgilius noster) terrarumque urbemque recedat, sequens te quocumque pueneris uita. Hoc idem cuiusdam quarenti Socrates ait, quid miraris? Nihil tibi peregrinationes potuisse, cum te circumferas. Praemit te eadem causa quae expulit. Quid terrarum inuare nouitas potest? Quid cognitio urbium, aut locorum? In irritum cedit ista iactatio. Quaris quare te fuga ista non adiuuet: tecum fugis, Onus animi deponendum est, non ante tibi ullus placebit locus, talem nunc esse animum tuum cogita, quale Virgilius noster uatis inducit, hic concitata & instigata, multumque habentis in se spiritus, non sui. Bacchaque uates, magnam in pectore possit, excussisse deum, uadis huc & illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius sit, sicut in nauis onera imota minus urgent, inaequaliter conuoluta citius eam parte in qua incubere demergunt. Quicquid facis contra te facis, & motu ipso nocet tibi, agrum enim cotuitis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet, in ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualicumque sedes erit. Magis quae uenerit, quam quo interest, & ideo nulli loco adhaerere debemus animum, cum hac pluatione uiuendum est, non sum uni angulo natus, patria mea totus hic est mundus. Quod si liqueret tibi, non admirareris, nisi adiuuari te regionum uarietatibus, in quas subinde prior te dio migras, prima enim quaeque placuisset, si omnem tuam crederes. Non peregrinaris, sed erras & ageris, ac locum ex loco mutas, cum illud quod quaris, bene uiuere, omni loco positum sit, nunquid tam turbidum fieri potest quam forum? ibi quocumque licet quiete uiuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quocumque & uicinia fori, pectus fugiam. Nam ut loca grauiata, etiam firmissima ualitudinem tentant, ita quocumque bonae menti, nec dum adhaerere potest, & conualescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt, & tumultuosam perbantes uita, quotidie cum difficultatibus rerum, magno animo colluctantur. Sapienter feret ista, non eligit & mallet in pace esse quam in pugna. Non enim multum prodest uita sua potest esse, si cum alienis rixandum est. Triginta, inquit, tyranni Socrates circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest quot domini sint? Seruitus una est, haec qui contempsit in quacumque turba dominantium liber est. Tempus hoc desinere. Sed si prius portorium soluero. Initium est salutis, notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse uidetur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non uult, deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam uitium gloriantur, qui mala sua uirtutum loco numerant, tu existimas aliquid de re medio cogitare. Ideo quantum potes te ipse coargue, inquire in te accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris, aliquando te offende. Vale.

Libri tertij Epistolarum Senecae finis.

LV. ANNEI SENECAE EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

EPISTOLA XXIX. Quod licet non omnes monendi sint, tamen quidam etiam comtradictes uel illudentes docendi sunt, & quod sapiens malit sibi placere quam populo.

**D**e Marcellino nostro quaris, & uis scire quid agat, raro ad nos uenit, nulla alia ex causa quam quia audire uerum timet, a quo periculo iam abest, nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene, nec minus de alijs Cynicis, qui libertate promiscua uti sunt, & quosque obuios monuerunt, dubitari solet an hoc facere debuerit. Quid enim si quis surdos obiurgat, aut natura morbose uocatus quere ins, uerbis parca? gratuita sunt, non possum scire an ei profuturus sim, quem amoneo. Illud scio alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda est manus, non potest fieri, ut non aliquando succedat multa tentanti, hoc mihi Lucillius non existimo faciendum magno uiro, diluitur

luitur eius auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando debet ferire, sed aliquando deerrare. Non est ars, quae ad effectum casu uenit, sapientia ars est, certum petat, eligat profecturos, ab his quos desperauit, recedat, non tamen cito relinquat, & in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero, etiam nunc obseruari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum ne porrigitem trahat, magna in illo ingenij uis est, sed iam tendentis in prauum. Nihilominus adibo hoc periculum, & audebo illi mala sua ostendere, faciet quod solet, aduocabit illas facetias, quae risum euocare lugentibus possunt, & in se primum, deinde in nos iocabitur, omnia quae dicitur sum, occupabit. Scribitur scholas nostras, & obijciat philosophis cogitaria, amicae, gula, ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula, ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione differebat, hoc enim ad aedendas operas tempus acceperat, de cuius secta cum quereretur Scaurus, ait, utique peripateticus non est. De eodem cum consulere Iulius Grecinus uir egregius quid sentiret: non possum, inquit, tibi dicere. Nescio enim quid de gradu faciat, tanquam de esedario interrogaret, hos mihi circulatores, qui philosophiam honestius neglexissent, quam uendunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moueat ille mihi risum, ego fortasse illi lachrymas mouebo, aut si ridere perseverabit, gaudebo tanquam in malis, quod ille genus insaniam euitare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa, obserua, uidebis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere, & acerrime tabere, propositum est aggredi illum, & ostendere quantum pluris fuerit, quam multis minoris uideretur, uita etiam si non excidero inhibebo, non desinent: sed intermittent, fortasse autem & desinent. Sed si inter mittendi consuetudinem fecerint, non est hoc ipsum fastidendum, quonia quidem grauius affectis, sanitatis loco est bona remissio, dum me illi paro, tu interim qui potes, qui intellegis, unde quo euaseris, & ex eo suspicaris, quouisquis sis euasurus. Compose mores tuos, at tolle animum, aduersus formidata consistite, numerare eos non liquet tibi metum faciat. Nonne uideam stultus si quis multitudinem timeat eo loco, per quem transit singulis est, aequae ad tuam mortem multis aditus non est, licet illam multi minentur. Sic istud natura disposuit. Spiritum tibi tam unus eripiet, quam unus dedit. Si pudorem haberes, ultimam mihi pensionem remississet. Sed ne ego quidem me fordide geram, in honore aeris alieni, & tibi quod debeo impingam. Nunquam uolui populo placere. Nam quae ego scio, non probat populus, quae probat populus, ego nescio. Quis hoc, inquit, tam nescias cui imperem? Epicurus. Sed ideo hoc omnes tibi ex omni domo proclamabunt Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet uirtus. Malis artibus popularis fauor queritur, similem te illis facias oportet. Non probabunt, nisi agnouerint, multo autem ad rem magis pertinet qualis tibi uidearis, quam qualis alius. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata & omnibus praeferenda artibus, rebusque, philosophia praestabit, scilicet ut malis tibi placere, quam populo, ut estimes iudicia non numeres, ut sine metu deorum hominumque uiuas, ut aut uincas mala aut finias. Caterum si te uidero celebrem secundis uocibus uulgi. Si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepierint. Si tota ciuitate te feminae puerique laudauerint, quidni ego tui miserear, cum sciam quae uia ad istum fauorem ferat. Vale.

EPISTOLA XXX. Quod nihil habet de spe uitae quem senectus ducit ad mortem, & quod mors timenda non sit uarias ob causas.

**B**assum Aufidiu uirum optimum uidi quassum, atque oblectantem. Sed iam plus illud degrauat, quod possit attolli, magno senectus & immenso pondere incubuit. Scio illud semper infirmi corporis & exhausti fuisse, diu illud continuit, & ut uerum dicam, concinnavit, subito deficit, quemadmodum in naue quae sentina trahit unum rimam aut alteri obstitit, ubi plurimis locis laxari coepit & cedere, succurri non potest nauigio dehiscenti, ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest, ubi tamen in putri edificio ois iustura dilabitur & dum alia excipit, alia dilcindit, circumspectum est quod exeat. Bassus tamen noster falacer animo est, hoc philosophia praestat, in quocumque corporis habitu forte, in conspectu mortis, hilare, laetumque, nec deficientem quous deficit. Magni gubernator & scisso nauigat uelo, & si exarmavit, & fulciri potest, ubi tamen hoc facit Bassus noster, & eo animo uultumque sine sui spectat, quo alienum spectare nimis securi esse putares. Magna res est haec Lucillius, & diu discendum, cum adueniat hora illa inuitabilis,

At uide ne ex succi legendum sit

Alit diducit.

tabilis, equo animo abire. Alia genera mortis, spei mixta sunt, desinit morbus, incendii extinguit, ruina quos uidebat oppressura deposuit, mare quos hauerat, eade die in q̄ forbebat, eiecit incolumes, Gladiū miles ab ipsa p̄turi ceruice reuocauit, nil habet quod speret quē senectus ducit ad mortē, huic uni intercedi nō pōt, nullo genere hoies mollius moriunt, sed nec diutius. Bassus noster uidebat mihi, p̄sequi se & cōponere & uiuere tanq̄ sup̄stes sibi, & sapiēter ferre decidū sui. Nā de morte multa loquit, & id agit sedulo, ut nobis p̄sudeat si qd̄ incōmodi, aut metus in hoc negotio est, moriētis uitū esse nō mortis, nec magis in ipsa quicq̄ esse molestū q̄ post ipsam. Tam demes autē est qui timet qd̄ nō est passurus, q̄ qui timet qd̄ nō est sensurus, an quisq̄ hoc futurū credit, ut p̄ quā sit, ut nihil sentiat, ea sentiat. Ergo, inq̄t, mors adeo extra omne malū est, ut sit extra oem̄ malorū metū, hęc ego scio & saepe dicta, & saepe dicta. Sed neq̄ cum legerē aque mihi p̄ferunt. Neq̄ cū audire dījs dicentib⁹, q̄ negabant timēda a quorū metu aberāt, hic uero plurimū auctoritatis habuit, cū loqueret de morte uicina. Dicam em̄ quid sentiat, puto etiā fortiorē cum esse q̄ in ipsa morte est, quā qui circa mortē est. Mors em̄ ad mota, etiā imperitis animū dedit, nō uitandī inuitabilia. Sic gladiator tota p̄gna timidiū dissimulū iugulū aduersario praestat, & errantē gladiū sibi attēperat. At illa quā in p̄p̄nente praestari, libentissime itaq̄ illū audiebā quasi uerentē de morte ineam, & q̄lis esset e⁹ natura uelut propius inspecta iudicantē, plus ut puto fidei haberet apud te plus pōderis, si qs̄ reuixisset, & in morte nihil mali esse narraret expertus, accessus mortis quā p̄ turbationē afferat, optime h̄ij tibi dicēt qui secundū illa steterūt, qui uenientē & uiderūt & receperūt. Inter hos bassus licet numeres, q̄ nos decipi noluit. Is, ait, tam stultū esse q̄ mortē timeat, q̄ qui senectutē. Nam quēadmodū senectus adolescentiā sequit, ita mors senectutē. Viuere noluit, q̄ mori nō uult. Vita em̄ cū exceptio mortis data est, ad hęc itur, quā ideo timere demētis est, quia certa expectant, dubia metuunt, mors necessitatē habet aquā & inuictā. Quis quari pōt in ea conditione esse, in qua nemo nō est? Priuā em̄ pars aq̄tatis est aequalitas. Sed nūc sup̄uacū est naturae causā agere, quae nō aliā uoluit legē nostrā esse quā suā, quicq̄ cōposuit, resoluit, & quicq̄ resoluit cōponit iterū. Iam uero si cui cōtingit ut illū senectus leniter emitteret, nō repente auulsū uitā, sed minutatim subductū, nōne ille gratias agere dījs oibus debet, qd̄ faciatus ad regem homini necessariā, lasso gratā p̄ductus est? Vides quosdā optantes mortē, & quidē magis quā rogari solet uitā. Nescio utros existimē maiore nobis animū dare, q̄ deposcūt mortē, an qui hilares eā quietiq̄ operiunt, qm̄ illud ex rabie interdū ac repētina indignatio ne fit, hęc ex iudicio certa trāquillitas est, uenit aliq̄s ad mortem iratus, mortē uenientē nemo hilaris excipit, nisi q̄ se ad illā diu cōposuerat, fateor ergo ad hoimē mihi carū, ex p̄missis me causis frequentius uenisse, ut scire an illū toties eundē inuenirē. Nunq̄ cū corripis uirib⁹ minueret animi uigor, q̄ sic crescebat illi, quō manifestior notari solet agitatorū leticia, cū septimo spacio palmae appropinquant, dicebat quidē ille Epicuri praecipis obsequēs, primū sperare se nullū dolorem esse in illo extremo anhelitu, si tñ esset, haberet aliquantulū in ipsa breuitate solatij. Nullū em̄ dolorē longū esse q̄ magnus est. Ceterū succursurū sibi etiā in ipsa distra ctione anīae corporisq̄, si cū cruciatu id fieret, post illū dolorē, se dolere nō posse. Nō dubitare autē se quin senilis ania in primis labris esset, nec magna ut distraheret a corpe, ignis q̄ ualentē materiā occupauit, aqua & interdū ruina extinguedus est. Ille q̄ alimentis deficit, sua sponte subsidit, libēter hęc mi Lucili audio nō tanq̄ noua, sed tanq̄ in rē praesentē p̄ductus. Quid ergo? nō multos spectauī abrum p̄tes uitā, Immo uero uidi. Sed pl⁹ momētī apd̄ me habet, q̄ ad mortē ueniūt sine odio uitā, & admittūt illā, nō attrahunt. Illud quidē aiebat tormentū nostra nos sentire opa, q̄ tūc trepidam cū prope a nobis esse credim⁹ mortē, a quo em̄ prope nō est, parata oibus locis, oibusq̄ momētis. Sed cōsideremus, inq̄t, tunc cū aliqua causā moriēdi uideat accedere, quāto aliā p̄p̄iores sunt q̄ nō timent, hostis alicui mortē minabatur, hęc cruditas occupauit. Si distinguere uoluerim⁹ causas metus nostri, inuenim⁹ alias uideri. Nō mortē timem⁹, sed cogitationē mortis, ab ipsa em̄ semp̄ tantundē absum⁹, ita si timēda mors est, sp̄ timēda est. Qd̄ em̄ tēpus morti exemptū est? Sed uereri debeo ne tā lōgas epistolas peius q̄ mortē oderis, itaq̄ sine faciā. Tu tñ mortē, ut nunq̄ timeas, sp̄ cogita. Vale.

Agnosco.

EPISTOLA XXXI. De assentatione seu adulatione uitanda & de contemptu laboris & excellentia uirtutis & animi.

**A**gnosco Luciliū meū, incipit quē p̄miserat exhibere, sequere illū impetū animi, quo ad optima quaq̄ calcatis popularib⁹ bonis ibas. Nō desydere maiorē meliorēq̄ fieri q̄ mollebaris, fundamenta tua multū loci occupauerit, Tantū effice q̄tū conatus es, & illa q̄ tecū in anio tulisti tracta, ad summū sapiēs eris, si clausuris aures, q̄ cerā parū est obdere, firmiori sp̄ssamēto opus est, q̄ usum in socijs vlixē ferit. Illa uox q̄ timebat erat blāda, nō tñ publica. At hęc q̄ timēda est nō ex uno scopulo, sed ex omī pte terrarū circūsonat, p̄teruere itaq̄ nō unū locum infidiolā uoluptate suscectū, led oēs urbes, furdū te amantissimis praesta. Bono anio male precantē. Et si uis esse felice, deos ora, ne qd̄ tibi q̄ optantē eueniat, nō sunt ista bona q̄ in te isti uolunt cōgeri, unū bonū est, qd̄ beata uitā causa, & firmamētū est, sibi fidere, hoc autē contingere nō pōt, nisi contēptus est labor, & in eoꝝ nūero habitus, q̄ neq̄ bona sunt neq̄ mala, fieri em̄ nō pōt, ut una res mō mala sit, modo bona, mō leuis & p̄ferenda, mō expauescenda, labor bonū non est. Quid ergo est bonū? laboris contēptio, Itaq̄ inuanū opofos culpauerim. Rursus ad honesta nitēs q̄to magis incubuerit, minusq̄ sibi uinci ac strigare p̄miserit admirabor & clamabo, tāto melior surge, & sp̄ira, & cliuū istū (uuo si potes sp̄) exupera. Generosus anios labor nutrit. Nō est ergo qd̄ ex illo ueteri uoto parctū tuorū eligas, qd̄ cōtingere tibi uelis, qd̄ optes, & in totū iā p̄maxie apto uiro turpe est, & nūc deos fatigare, qd̄ uotis opus est? Fac te ipse felice, facies autē, si itellexeris bona esse q̄ bus admixta est uirt⁹. Turpia, q̄ malicia cōiuncta est. Quēadmodū sine mixtura lucis nihil splendidū est, nihil atrū, nisi qd̄ tenebras habet, aut aliqd̄ in se traxit obscuri. Quēadmodū sine adiutorio ignis, nihil calidū est, nihil sine aere frigidū, ita honesta & turpia uirtutis & malitia societas efficit. Quid ergo est bonū? rerū scientia. Quid malū est? rerū iberitia. Ille prudēs atq̄ artifex p̄ tpe queq̄ repellat aut eliget. Sed nec q̄ repellit timet, nec mirat quae eligit, si mō magnus illi & inuictus anim⁹ est, submitti te ac deprimi uero, laborē si nō recuses, parū est posse. Quis ergo, inq̄s, labor friuolus & sup̄uacius est? quē humiles causa uocauerint, nō est malus, quē q̄ pulchris rebus impendit qm̄ animi est ipsa tolerātia, q̄ se ad dura & aspera hortat, & dicit, qd̄ cessas? Nō est uiri time re sudorē, huic & illud accedat, ut p̄fecta uirtus sit eq̄litas, ac tenor uitae p̄ omīa consonas sibi, qd̄ nō pōt esse nisi rerū scientia cōtingat & ars, p̄ quā diuina & hūana noscant, hoc est summū bonū, qd̄ si occupas, incipis deoꝝ esse socius nō supplex. Quō, inquis, isto p̄ueniē? nō p̄ Appenninū grayūue montē, nec p̄ deserta Candauia, nec Sirtes tibi, nec Sylia, aut Charibdis aduēdae sunt, q̄ tamē oia transtisti p̄curatiunculae precio. Tutū iter est, iucundū est, ad qd̄ natura te instruxit, dedit tibi illa, q̄ si non deserueris, par deo surges. Parē autē deo pecunia nō facit. De⁹ nihil habet, praetexta nō facit, Deus nud⁹ est, fama nō facit, nec ostentatio tui, & in populos nois dimissa notitia. Nemo nouit deū, multū de illo male existimat & impune. Nō turba seruorū, lectica tuā p̄ itinera urbana ac pegri na portantū. Possit ille maxim⁹ potentissimūq̄ ipse uehit oia. Ne forma quidē, & uires bonū te facere deussunt, nihil horū nō patit uetustatē. Querendū est ergo quid nō fiat in dies deterius, cui nō possit obstari, quo nō mel⁹ possit optari. Quid hoc est? anim⁹ sed hic re ctus, bonus, magnus, qd̄ aliud uoces hunc, quā deū in hūano corpore hospites? Hoc anim⁹ tā in equite Romanū, quā in libertinū, q̄ in seruū pōt cadere. Quid ē eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? noia ex ambitione, aut ex iniuria nata, subsillire in cœlum, ex angulo licet. Exurge modo, & te quoq̄ dignū finge deo, finges autē, nō auro, nō argento, nō potest ex hac materia imago deo exprimi similis. Cogita illos cum propitij essent, fictiles fuisse.

EPISTOLA XXXII. Comēdat secessum a turba & amonet hui⁹ uitae cursū p̄currenti. Nquiro a te & ab oibus sciscitor, q̄ ex ista regione ueniūt, Quid agas (dum esse ubi & cum quibus moreris uerba dare non potes, tecum sum, sic uiue tanq̄ quid facias audiretur sim, imo tanq̄ uisurus. Quaris quid me maxime ex his quae de te audio delectet? quod nihil audio, quod plarūq̄ ex his quos interrogo nesciunt, quid agas, hoc est salutare, nō conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus, habeo quidem fidutiam non posse te torqueri, mansurumq̄ in proposito etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent te, timeo ne impediant

t 4 multum.

multū autē nocet, & qui morat̄, utiq; in tanta breuitate uitæ, quā breuiorē incōstantia facimus. Aliud subinde atq; aliud faciēs initiū, diducimus illā in particulas ac lancinam. Propere ergo Lucilli charissime & cogita, quantū celeritati additur fueris, si a tergo hostis instaret, si equitē aduentare suspicareris, ac fugientū pramere uestigia. Fit hoc, premeris, accelera, & euade, pduc te in tutū, & subinde cōsidera, q̄ pulchra res sit consummare uitā ante mortē. Deinde expectare securū reliquā t̄p̄is sui parte, nihil sibi in possessione beate uitæ postitū, quæ beator nō sit, si longior. O quando uidebis illud tēpus, quo scies tēpus ad te nō ptinere, quo trāquillus placidusq; eris, & craftini negligēs, & in summa tui facietate, uis scire qd sit quod faciat hoies audios futuri, nemo sibi contigit. Optauerūt itaq; tibi alia parētes tui, sed ego cōtra omniū tibi eorū contemptū opto, quorū illi copiam, uota illoꝝ multos cōpilant, ut te locupletent. Quicq; ad te transferūt, alicui detrāhendū est. Opto tibi tui facultatē ut uagis cogitationibus agitata mens, tandē resiliat, & certa sit, ut placeat sibi, & intellectus uerbis bonis quæ simul intellecta sunt, possidentur, ætatis adiectione nō egeat. Ille demū necessitates supgressus est, & exautorat̄ ac liber, EPISTOLA XXXIII. Quomodo omnia phi/ (qui uiuit uita peracta. Vale, losophiæ uerba pondus habent, & quam turpe sit semper ex commentario sapere.

EPISTOLA XXXIII. Quomodo omnia phi/ (qui uiuit uita peracta. Vale, losophiæ uerba pondus habent, & quam turpe sit semper ex commentario sapere.

**D**Efyderas his quoq; epistolis sicut priorib; postulasti, ascribi aliquas uoces nostrorū procerū. Non fuerūt circa filosofos occupati, totus cōtextus illoꝝ uirilis est. Inequalitatē scias esse, ubi quæ eminent notabilia sunt. Non est admiratiōni una arbor, ubi in eandē altitudinē tota sylua surrexit, eiusmodi uocib; referta sunt carmina, refertæ histortæ. Itaq; nolo Epicuri illas esse existimes, publicæ sunt & maxie nostræ. Sed in illo magis annotant, quia raro interim interueniūt, q̄a insperate, q̄a mirū est aliqd fortiter dici ab hoie mollicie p̄fesso. Ita em̄ plariq; iudicant, apud me uero Epicurus est & fortis, licet̄ manulētus sit, fortitudo, & industria, & ad bellū prompta mens, tam in Persas q̄ in alte cinctos cadit. Nō est ergo qd exigas excerpta & repetita. Continuū est apud nostros, quicq; apud alios excerpit. Non habem; itaq; ista odorifera, nec emptorē decipimus, nihil inuenturū cū intrauerit, præter illa q̄ in fronte suspensa sunt. Iplis p̄mittimus unde uelint sumere exēplaria, putas nos uelle singulares snias ex turba lepore, cui illas assignabim; Zenoniam Cleathi an Chrisippo, an Panetio, an Possidonio; Non sum; sub rege, sibi quisq; se uedicat, apud istos, quicq; dicit Hermacus, quicq; dicit Metrodorus, ad unū referit. Omnia quæ quisq; in illo cōtubernio locutus est, unius ductu & auspicijs dicta sunt. Non possumus, in quā, ex tanta rerū æqualiū copia, licet temptemus aliqd educere. Pauperis est numerare pecus. Quocūq; miseris oculū, id tibi occurret qd eminere possit, nisi inter paria legerit. Quare deponere istā spem, posse te summatim degustare ingenia maximorū uirorū, tota tibi inspicēda sunt, tota tractāda. Res gerit, & p̄ liniamētā suā ingenij opus nequit, ex quo nihil subduci sine ruina pōt. Nec recuso quo minus singula mēbra, dūmodo in ipso hoie, cōsideres. Non est formosa mlier cui; crur laudat̄ aut brachiū, sed illa cui; uniuersa facies admirationē singulis partib; abstulit. Si tamē exegeris, nō tam mēdice tecū agam, sed plena manu fiet. Ingens eorū turba est passim iacentiū. Sumēda erunt nō colligēda. Non em̄ excidūt, sed fluūt, p̄petua et inter se cōnexa sunt. Nec dubito quin multū conferat, rudib; adhuc & extrinsec; auscultantib;. Facilius em̄ singula insidunt circūscripta, & carminis mō inclusa. Ideo pueris & snias edicendas dam; & has quas græci Chrias uocāt, quia cōplecti eas puerilis animus pōt, qui plus adhuc non capit certi p̄fectus, uiro captare filosofos turpe est, & fulcire se nōtissimis & paucissimis uocib;, & mēoria stare, sibi iā innitat. Dicat ista, nō teneat. Turpe est em̄ seni aut p̄ficiēti senectutē ex cōmētario sapere, hoc Zenon dixit. Tu qd; hoc Cleates, tu quid; quousq; sub alio moueris; Et impera & dic, qd memoria tradat, aliqd & de tuo p̄fer. Omnes itaq; istos nūq; autores, semp̄ interpretes sub aliena umbra latētes, nihil puto habere generosi, nūq; aulos aliquādo facere, qd diu didicerāt, memoriā in alienis exercuerūt. Aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse est rē cōmissā mēoriae custodire. At cōtra scire est & sua facere quēq;, nec ab exēplari p̄dere, & toties ad mgim respicere, hoc dicit Zenon, hoc Cleates, aliqd inter sit inter te & librū, quousq; discēs: iā & præcipē, qd est quare audiā qd legere possum; multū (inquit) uita uox facit. Non qui de hac quæ alienis uerbis cōmendat, & actuarij uice fungit. Adice nunc qd isti q nūq; tutelæ suæ fiunt, primū in ea re sequitur priores, in qua nemo nō a priore desciuit, dein/

\* Alt. mamilla tus.

Alt. oculiferia

Plena manu

Via uoce:

de in ea re sequitur quæ adhuc querit. Nunquā autē inueniē si contenti fuerimus inuentis. Præterea qui aliud sequit̄, nihil inuenit, imo nec querit. Quid ergo; non ibo p̄ priore uestigia? Ego uero utar uia ueteri, sed si priore planiorēq; inuenero, hanc munia. Qui ante nos ista mouerūt, non dñi nostri, sed duces sunt. Patet omnibus ueritas, nondū est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.

EPISTOLA XXXIII. Quomodo magistrū delectat profectus discipuli, & quod magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.

**C**Resco, & exulto, & discussa senectute recalesco, quoties ex his quæ agis & scribis intelligo quantū te ipse (nam turbā olim reliqueras) supgrederis. Si agricolā arbor ad fructū producta delectat. Si pastor ex fetu gregis sui caput uoluit pratem, Si alumnū suū nemo aliter intuetur, quā ut adolescentiā illius suā iudicet. Quid euenire credis his; qui ingenia educauerūt, & quæ tenera formauerūt, adulta subito uident; Assero te mihi, meū opus es. Ego cū uidissem in dolem tuā, inieci manū, exhortatus sum, addidi stimulos, neclente ire passus sum, sed subinde inueni, & nunc idem facio. Sed iam currentē hortor, & inuicē hortantē. Quid aliud, inquis; adhuc uolo in hoc plurimū est, non sic quō principia, totius operis dimidiū occupare dicitur. Ita res animo constat. Itaq; pars magna bonitatis est uelle fieri bonū. Scis quæ dicam bonū; p̄fectum, absolutū, quem malū facere nulla uis, nulla necessitas possit, hunc in te, p̄spicio, si p̄seueraueris & incubueris, & id egeris ut omnia facta dictaq; tua inter se congruant, ac respondeant sibi & uia forma percussa sint. Non est huius animus in recto, cuius acta discordant. Vale.

Currentē hor tot.

EPISTOLA XXXV. De differentia amicitie & amoris & animi cōstantis.

**C**um te tam obnixē rogo ut studeas, meū negociū ago, habere amicū uolo, qd cōtingere mihi (nisi pergas excolere te ut cōpisti) nō potest. Nunc em̄ amas me, amicus nō es. Quid ergo; hæc inter se diuersa sunt; immo dissimilia. Qui amicus est, amat, q̄ amat, nō utiq; amicus est. Itaq; amicitia semp̄ p̄dest. Amor etiā aliquādo nocet. Si nil aliud, ob hoc p̄fice, ut amare discas. Festina ergo dum mihi p̄ficias, nec istuc alteri didiceris. Ego quidē percipio iam fructū, cum mihi fingo uno nos animo futuros, & quicq; atati meæ uigoris abscessit, id ad me ex tua q̄q; non multū abest, rediturū. Si tamē re quoq; ipsa latus esse nolo, uenit ad nos ex his quos amamus etiā absentibus gaudij, sed id læue & euanidū. Cōspēctus, & præsentia, & cōuersatio aliqd habet uitæ uoluptatis, utiq; si nō tantū quæ uelis, sed quale uelis uideas, propter itaq; te mihi ingens munus. Et quo magis in stes, cogita me senē esse, te mortale. Propterea ad me, sed ad te prius profice & ante omnia hoc cura, ut constes tibi, Quoties experiri uoles, an aliqd actum sit; obserua an eadē uelis hodie quæ hari, mutatio uolūtatis indicat animū nauare alicubi, atq; alicubi apparere, prout tulit uentus. Non uagat̄ quod est fixū & fundatū. Istud sapienti p̄fecto contigit aliquatenus, & p̄ficiēti profectiq;. Quid ergo; intereft; hic cōmouet̄ quidē non tamē transit, sed suo loco nurat. Ille nec cōmouet̄ quidē.

EPISTOLA XXXVI. De inquietæ felicitatis horriditate, & quod propria animi meditatio sit contemptus mortis. (Vale.

**A**Micum tuū hortare ut istos magno animo contēnat, qui illū obiurgant, qd umbra & ociū perierit, qd dignitatē suā destituerit, & cū plus consequi possit, prætulēt quietē omnib;. Quā utiliter negociū suū gesserit, quotidie illis ostendit. Hic quibus inuideat, non desinent transire. Alij elident, alij cadent. Res est in quiete felicitas. Ipsa se exagitat, mouet cerebrū, nō uno genere. Alios in aliud irritat, hos in potentia, illos in luxuria, hos in flat, illos mollit & totos resoluūt. At bene aliquis illam fert, sic quō uinum. Itaq; nō est quod tibi isti p̄sudeāt eū esse felice qui a multis oblidet, sic ad illum quædam modum ad lacum concurrūt quæ exhauriunt & turbant, nugatoriū & inertem uocant. Scis quosdā peruerse loqui, & signare contraria felice uocabant. Quid ergo; erat; ne illud quidē curo qd quibusdā nimis horridū uidetur & tetricū. Ariston aiebat, malle se adolescentē triste, q̄ hilarē & amabile turbā, unū em̄ fieri bonū qd recens durū & asperū uisum est, nō pat̄: ætatē quod in dolio placuit. Sin eū tristem appellēt & inimicū processibus suis, bene te dabit in uerustate, ipsa tristitia, per se uerum modo colere ueritatē

uirtutē, phibere liberalia studia, nō illa quibus pfundi satis est, sed hęc qbus tingendus est animus, hoc est descendendi tēpus. Quid ergo aliqd est, quo non sit descendē? Minime Sed quemadmodū omnibus annis, studere honestū est, Ita non oibus institui, Turpis & ridicula res est elemētarius senex, luueni parandū, seni utendū est. Facies ergo rem uti- lissimā tibi, si illum quā optimū feceris. Hęc, aiunt, beneficia esse expetenda tribuēdaq; nō dubiā primā fortis, quā tam pdest dare quā accipere, deniq; nihil illi iam liberū est. Spondit, minus autē turpe est creditori, q̄ spei bonā decoquere. At illud est alienum soluendū. Opus est negocianti nauigatione p̄pera, Agrum colenti, ubertate, eius quā colit terrā, & cœli fauore. Ille qd debet sola pōt uoluntate p̄soluere. In mores fortuna ius nō habet. Hos disponat, ut quā tranquillissim⁹ ille animus ad p̄fectum ueniat, q nec abla- tū sibi quicquā sentit, nec adiectū, sed in eodē habitu est, quōcūq; res cadant. Cui siue aggerunt uulgaria bona, supra res suas eminet, siue aliqd ex istis uel omnia calus excussit, minor nō fit. Si in Parthia natus esset, arcū infans statim tenderet. Si in Germania, protinus puer tenerē hafile uibraret. Si auorū nostrorū temporib⁹ fuisset, equitate & hostē cominus p̄cutere didicisset, hęc singulis disciplina gentis suā suadet & iperat. Quid er- go: huic meditandū est, qd aduersus omnia tela, qd aduersus omne hostiū genus bene fa- cit mortē contēnere. Quā quā habeat in se aliqd terribile, ut & anios nostros (quos in amorē sui natura formauit) offendat, nemo dubitat. Nec necesse esset in id cōparari & acui, in qd in stinctu quodā uoluntario iremus, sicut ferunt omnes ad conseruationē sui. Nemo discit, ut si necesse fuerit æquo animo in rosa iaceat, sed in hoc durat, ut tormētis nō submittat fidē, ut si necesse fuerit, stans etiā aliquādo sauciet, p uallo pugilet, & ne pi- lo quidē incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliqd amminiculū reclinat⁹. Mors nullū habet incōmodum, esse em debet aliqd cuius sit incōmodū. Qd si tanta cu- piditas longioris aui te tenet, Cogita nihil eorū (quā ab oculis abeunt & in rerū naturā ex qua p̄dierunt ac mox p̄cessura sunt recōduntur) consumi, desinūt ista nō percut. Et mors, quā p̄timestimus ac recufamus intermitte uitā non eripit, ueniet iterū qui nos in lucē reponat dies, q̄ multi recufarent, nisi oblitos reduceret, sed postea diligētius doce- bo omnia quā uident perire, mutari. Aequo animo debet rediturus exire obserua orbē rerū in se remeantū, uidebis in hoc mūdo nihil exingui, sed uicib⁹ descendere ac reue- gere. Estas abis, sed alter annus illā adducit, hyems cecidit, referēt illa sui menses. Solems nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarū iste discursus quicqd praterijt repetit, pars cœli leuat assidue, pars mergit. Deniq; finem faciā, si hoc unum adiecero, nec infan- tes, nec pueros, nec mente laplos, timere mortē. Et esse turpissimū si eam securitatē no- bis ratio non prætast, ad quā stulticia perducit. Vale.

EPISTOLA XXXVII. De duplici magnanimitate, & quomodo ad ueram libertatem philosophia perducatur.

**Q**uod maximū uinculū est ad bonā mentem p̄missi, uirum bonū, sacramēto ligatus es. Deridebit se quis tibi dixerit, mollem esse militiā & facile. Nolo te decipi, Eadē honestissimi huius, & illius turpissimi, autoramētis uerba sunt, uiri, uinciri, ferroq; necari, ab illis qui manus arenā locant, & edunt ac bibunt quā p sanguinē reddant, cauetur ut ista uel inuiti patiant, a te, ut uolens li- bensq; patiaris. Illis licet arma submittere, misericordiā populū temptare. Tu neq; sub- mittes, nec uitā rogabis. Recto tibi inuictorū moriendū est. Quid porro p̄dest paucos dies, aut annos lucrifacere? Sine missione nascimur. Quō ergo, inquis, me expedia? Est fugere nō potes necessitates, potes uincere, fiat uia, & hanc tibi uiam dabit philosophia ad hanc te confer, si uis saluus esse, si securus, si beatus. Deniq; si uir esse (qd est maximū) liber, hoc contingere aliter non potest, humilis res est stulticia abiecta, fōrdida, seruilis, multis affectib⁹ & fauissimis subiecta, hos tam graues dnos inter dū alternis uicibus im- perātes, interdū pariter, dimittit a te sapientia, quā sola libertas est, una ad hęc fert uia, & quidē recta, nō aberrabis, uade certo gradu. Si uis tibi oia subicere, te subice rōni, mltos reges, si ratio te rexerit, ab illa discēs qd, & quēadmodū aggredi debeas, nō incidēs reb⁹. Neminē mihi dabis, qui sciat quō quod uult ceperit uelle, nō consilio adductus ullo, sed impetu impactus est. Non minus, sape fortuna in nos incurrit, quā nos in illā. Turpe est non ire,

non ire, sed ferri, & subito in medio turbine rerum stupentem quærere, huc ego quem- admodum ueni. Vale.

EPISTOLA XXXVIII. De utilitate familiaritatis breuis & inelaborati sermonis.

**M**erito exigis ut hoc inter nos epistolāq; cōmercium frequētemus, plurimū p̄- ficit sermo, q̄ minutatim irrepserit animo, disputationes preparata & effusa audiente populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis, philosophia bo- num consiliū est. Consiliū nemo clare dat, aliquando utendū est & illis (ut ita dicam) concionibus, ubi q̄ dubitat, impellendus est. Vbi uero nō hoc agendū est, ut ue- lit discere, sed ut discat, ad hęc submissiora uerba ueniendū est, facilius intrāt & harent, Nec em multis opus est, sed efficacibus, seminis modo spargenda sunt, qd quāuis sit ex- iguum, cū occupauit idoneum locū, uires suas explicat, & ex minimo in maxios actus diffundit. Idē facit ratio, nō late patet, si aspicias, in opere crescit, pauca sunt quā dicunt. Sed si illa animus bene exceperit, cōualefcunt & exurgunt. Eadē est, inquam, praecepto rī conditio quā seminū, multū efficiunt, & si angusta sunt tantū, ut dixi, idonea mens ra- piat illa & in se trahat. Multa inuicē & ipsa generabit, & plus reddet, q̄ acceperit. Vale.

EPISTOLA XXXIX. De differentia ordinariæ orationis & breuiarij, & qd sit proprium generosi animi ad excelsa citari, & quatinus superfluitas coact.

**C**omentarios quos desyderas diligenter ornatos, & in angustis noceas, ego uero componā, sed uide ne plus p̄fectura sit oratio ordinariā, quam hęc quā nunc uulgo breuiariū dicitur. Olim cū latine loqueremur summarū uocabat. Illa res dilcenti magis necessaria est, hęc scienti. Illa em docet, hęc ammonet. Sed utriusq; rei tibi copiā faciam. Tu a me nō est, quod illū aut illum exigas. Qui noto rem dat, ignotus est. Scribam ergo qd uis: sed meo more. Interim multos habes, quorū scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indice philosophorū. Hęc ipsa res exp- gili te coget. Si uideris quā multi tibi laborauerint, cōcupisces & ipse ex illis unus esse. Habet em hoc optimū in te generosus animus, qd concitat ad honestā. Neminē excellē ingenij uirū humilia delectant & fōrdida, magnarū rerum species ad se uocat & extol- lit, quēadmodū flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi nō potest, non magis quam quiescere. Ita noster animus in motu est, eo mobilior & actuosior, quo uehemētior fue- rit, sed felix qui ad meliora hunc impetū dedit. Poner se extra ius ditionēq; fortuna. Se- cunda temperabit, aduersa cōminuet, & alijs admiranda, despiciet. Magnanimi est maj- gna cōtemnere, ac mediocria malle, quā nimia. Illa em utilia uitaliaq; sunt. At hęc eo quo supfluunt nocent. Sic segetē nimia sternit ubertas, sic rami onere frangunt. Sic ad matu- ritatē non pugnet nimia fecunditas. Idem animis quoq; euenit, quos immoderata felicitas rumpit, quā nō tantū in aliorū iniuriam, sed etiam in suā uertunt. Quis hostis in quēquā tam cōtumeliosus fuit, quā in quosdā uoluptates suā sunt: quoz; impotētiā atq; insanā libidini ob hoc unū postis ignoscere, qd quā fecere patiunt. Nec imerito hic illos furor uexat. Necesse est em in inensum exeat cupiditas, quā naturalē modū transilit. Ille em habet suū finem. Inania & ex libidine orta sine termino sūt, necessariā metū utilitas, sup- uacua quo redigis: uoluptatib⁹ utiq; se immergunt, qbus in consuetudinē adductis care- re nō possunt, & ob hoc miserimi sunt, qd eo puenerunt, ut illis quā supuacua fuerāt, fa- cta sunt necessaria, seruū itaq; uoluptatibus suis nō fruunt, & mala sua (qd malorū ult- mū est) amant. Tunc autē consummata est infelicitas, ubi turpia, ubi turpia delectant, sed etiā placent, & desinit esse remedio locus, ubi quā fuerāt uitia, mores sunt. Vale.

EPISTOLA XL. Docet pronunciationē moderandam, & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum.

**Q**uod frequēter mihi scribis, gratias ago. Nam quo uno modo potes, te mihi ostendis. Nunq; epistolā tuam accipio, ut nō p̄tinus una simus. Si imagines nobis amicorū absentū iucunda sunt, quā memoriā renouant & desyderiū absentia, falso atq; inani solatio leuant, quāto iucundiores sunt litera, quā ue- ra amici absentis uestigia, ueras notas afferunt. Nam qd in conspectu dul- cissimū est, id amici man⁹ epistolā ipressa prætast agnoscere, audisse te scribis. Serapionē p̄hm, cū istuc applicuisset lolere magno cursu uerba cōuellerē, quā nō effundit una, sed præmit

premit & urget. Plura em ueniunt, qua quibus uox una sufficit, hoc non probo in philosopho, cuius prunatio quoque sicut uita debet esse composita. Nihil autem ordinatum est, quod praecipitur & prosperat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata, & sine in remissione in morem niuis supueniens, oratori data est, lenis & melle dulcior leni profuit. Sic itaque habe ut istam uim dicendi rapidam, atque abundantem, aptiore esse circumstanti iudices quam agentem rem magnam ac seriam, docentique, aequae stillare illam nolo, quam currere. Nec extendat aures, nec obruat. Nam illa quoque inopia & exilitas minus intentum auditorem habet, redio interrupta tarditatis. Facilius tamen insidit quod expectatur, quam quod praeteruolat. Denique tradere homines discipulis praecipitur dicuntur. Non traditur quod fugit. Adhuc nunc quod quaerenti operam dat oratio, incomposita debet esse & simplex, haec popularis nihil habet ueri, mouere uult turbam, & inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non praebet, aufertur. Quomodo autem regere potest, qua regi non potest? Quid quod haec oratio qua sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet, remedia non profunt, nisi immorentur. Multum praeterea habet inanitatis & uani plus sonat, quam ualet. Lenienda sunt qua me exterrant, cospescenda qua irritant, discutienda qua fallunt. Inhibenda luxuria, corripienda auaricia. Quid horum raptim potest fieri? Quis medicus egros in transitu curat? Quid quod ne uoluptat qui dem ullam habet, talis uerborum sine delectu ruentium strepitus, sed ut plaraque qua fieri posse non crederes cognouisse satis est, sic istos qui uerba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis dicere, quid imitari uelit, quid de eorum animo iudicet, quorum oratio perturbata & immixta est, nec potest reprimi: quemadmodum per procliuem currentium, non ubi uisum est gradus sistitur, sed in citato corporis pondere se rapit, ac longius quam uoluit effertur. Sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis de cora philosophia, qua ponere debet uerba non proicere, & pedetentim praecedere. Quid ergo? non aliquando & insurgit? Quid nisi: sed salua dignitate morum, quam uolentia ista & nimia uis exiit. Habeat uires magnas, moderatas tamen, perennis sit unda, non torrens. Vix oratori permittitur talem dicendi uelocitatem, irruocabilem ac sine lege uadentem. Quomodo enim iudex subsequi poterit, aliquando etiam imperitius ac rudis, tum quoque modum illum aut ostentatio abstulerit, aut affectus impetus sui, tantum se finet atque ingerat, quantum aures pati possunt. Recte ergo facies, si non uideris istos, qui quantum dicant non quemadmodum quaerunt, & ipse malueris aliquando si necesse est, uel Publium Vinicius dicere, qui itaque cum quaereret quomodo Publius Vinicius diceret. Asellius ait, tractum. Nam Geminus uariis, ait, quomodo istum disertum dicatis ne scio, tria uerba non potest iungere. Quid ni malis, tu sic dicere quomodo Vinicius: aliquis tam insullus internenerit, qui illi singula uerba uellent, tanquam diceret non diceret, ait. Dic uel nunc dicas. Namque Echeri cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano uolo. Nunc dubitauit, nunc intermisit, semel incipiebat, semel desinebat, quaedam tamen & nationibus puro magis aut minus conuenire. In graecis hanc licentiam tuleris. Nos etiam cum scribimus interpungere consueuimus. Cicero quoque noster (a quo romana eloquentia exiliuit) gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit, & aestimat, & praebet aestimandum. Fabius uir egregius & uita, & scientia, & (quod post ista est) Eloquentia quoque disputabat expedite magis, quam concitate, ut posses dicere facultate esse illam non celeritate. Hanc ego in uiro sapiente recipio non exigo, ut oratio eius sine impedimento exeat, praefertur tamen malo, quam profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi ista res contingere aliter, quam si te pudere de fieri, praefices fronte oportet, & ipse te non audias. Multa enim inobseruat ille cursus feret qua reprehendere uelis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, salua uerecundia. Praeterea exercitatione opus est quotidiana, & a rebus studium transferendum est ad uerba. Haec autem etiam si aderunt, & poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. Nam quemadmodum sapienti uiro incellus modestior conuenit. Ita oratio pressa, non auidax. Summa ergo summarum haec erit, tardiloquum te esse iubeo. Vale.

EPISTOLA. XLII. Quomodo in uno quoque bonorum uirorum deus habet, & quod homo laudandus est, pro his qua habet intus.

Perfices frontem.

**F**Acis rem optimam, & tibi salutarem, si (ut scribis) perseueras ire ad bonam mentem & quod stultum est optare, cum possis a te impetrare: Non sunt ad coelum eleuanda manus, nec exorandus edituus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat, prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dicto Lucili, facer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obleruator & custos, hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat, bonus uir sine deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica, & recta. In unoquoque uirorum bonorum quis deus, incertum est, habitat tamen deus. Si tibi occurrit uetustis arboribus, & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum coeli densitate ramorum aliorum alios protegentium submouens, illa proceritas syluae, & secretum loci & admiratio umbrarum, in aperto tam dense atque continue, fidem tibi numinis facit. Et si quis specus faxis penitus exelis montem suspenderit, non manufactum, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animam tuam quadam religionis suspitione percutiet. Magnorum fluminum capita ueneramus, subita ex abdito uasti amnis eruptione arce habet. Coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quaedam, uel opacitas, uel immensa altitudo sacrauit. Si hominem uideris interritum periculis, inta tunc cupiditatibus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum, ex superiore loco homines uidentem, ex aequo deos, non subibit te ueneratio eius? Non dices, ista res maior est altiore, quam ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit: uis istuc diuina descendit, animam excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quicquid timemus optamusque ridentem, caelestis potentia agit. Non potest res tanta sine admiculo numinis stare. Ita quoque maiore sui parte illic est unde descendit. Quomodo radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur, sic animus magnus & sacer, & in hoc demissus ut propius quidem diuina noscimus, conuersatur quidem nobiscum, sed haeret originis suae. Illinc pendet, illuc spectat ac nititur, nostris tanquam melior interest. Quis est ergo hic animus, qui nullo bono nisi suo nitet? Quid enim est stultius, quam in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea miratur, qua in alium protinus transferri possint? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba innititur, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamentum cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus, hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse uoluit, speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non sine timore aspici, praefertur illi languido, & bracteato. Nemo gloriarum nisi in suo debet. Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa potest ad terram, eorum qua tulit admiculo, deducit. Num quis huic illam praefertret uitam, cui aurea uerba aurea folia dependerent? propria uirtus est in uite fertilitas. In homine quoque id laudandum est, quod ipsius est, familiam formosam habet, & domum pulchram, multum serit, multum fonerat, nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in ipso, quod nec eripi potest, nec dari. Quod proprium est hominis, quaeris quid sit: animus, & ratio in animo praefecta. Rationale enim animal est homo. Consummatur itaque eius bonum, si id adimpleuit cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio haec exigit: rem facillimam, secundum naturam suam uiuere, sed hanc difficilem facit communis infamia. In uitia alter alterum truditur. Quomodo autem ad salutem reuocari possunt, quos nemo retinet, populus impellit? Vale.

EPISTOLA. XLII. Vota eorum qui de potentibus male aestimant, & de remedio contra damna bonorum fortuitorum.

**I**Am tibi iste persuasit, se uirum bonum esse, atque uirum bonum tam cito nec fieri potest, nec intelligi. Scis quem nunc uirum bonum dicam: huius secundam notam. Nam ille alter fortasse tanquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur, nec est mirum ex interuallo magna generari. Mediocria & in turbam nescientia saepe fortuna producit, eximia uero, ipsa raritate commendat. Sed iste multum adhuc abest a eo quod proficetur, & si sciret quod esset uir bonus, nondum se esse crederet, fortasse etiam fieri posse desperaret, at male existimat de malis, hoc etiam mali faciunt, nec ulla maior poena nequitiae est, quam quod sibi ac suis displicet, at odit eos, qui subita & magna potentia insolenter utuntur, idem faciet, cum idem impulerit, Multorum quia imbecillia sunt, latent uitia, non



minus aufura cum illis uires suæ placuerint, quæ illa quæ iam felicitas aperuit, instrumenta illis explicanda nequitia defunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non defunt tunc illi uenena, sed torpent. Multoque crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria pessimis audeat, fortuna fauore deficitur. Eadem uelle eos cognofces, da posse quantum uolunt. Meministi cum quendam affirmares esse in tua potestate, dixisse me uolaticum esse ac leuem, & te non pedem eius tenere, sed pennam, mentis sum, pluma te nebatur, quam remisit & fugit. Scis quos postea exhibuerit tibi ludos, quæ multa in caput suum casura temptauerit. Non uidebat se per aliorum pericula in suum ruere, non cogitabat quæ onerosa essent quæ petebat, etiam si superuacua non essent, hoc itaque in his quæ affectamus, atque labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis comodi di esse, aut plus incomodi, quædam superuacua sunt, quædam tanti non sunt, sed hæc non prouidemus, & gratuita nobis uidentur, quæ charissime constant. Ex eo licet stupor non sicut appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus. Ea gratuita uocamus, pro quibus nos ipsos impendimus, quæ emere nollemus, si domus nobis nostra, pro illis esset danda, si amœnum aliquod fructuosumue prædium, ad ea parati sumus puenire cum sollicitudine, cum periculo, cum iactura pudoris, & libertatis, & temporis, adeo nihil est cuius se uilium. Idem itaque in omnibus consilijis rebusque faciamus, quod solemus facere, quoties ad institorem alicuius mercis accessimus, uideamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Sape maximum precium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quæ acquisita acceptaque, libertatem nobis extorserunt. Nostri essemus, si ista nostra non essent. Hæc ergo tecum ipse uersa, non solum ibi de incremento agetur, sed etiam de iactura, hoc perituum est. Nempe aduenticius fuit, tam facile sine isto ut ues quæ uiuisti. Si diu illud habuisti, perdidisti postquam fatiatus es. Si non diu, perdis antequam afluas, pecuniam minorem habebis, nempe & molestiam. Gratiam minorem, nempe & inuidiam. Circumspecte ista quæ nos agunt in insaniam, quæ cum plurimis lacrymis amittimus. Scies non damnatum in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa pisse sentit, sed cogitat, qui se habet, nihil perdidit, sed quoro cuius habere se contigit. Vale.

EPISTOLA. XLIII. Quomodo comparationis modus fere omnia magna facit, & minima, & quæ praua uita querit abscondi a publico sensu.

Quomodo hoc ad me puenit quæris, quis mihi id te cogitare narrauerit, quæ tu nulli narraueras? Is qui scit plurimum rumor. Quid ergo, inquis, locum respiciens metaris, ad istum respice in quo moraris. Quicquid inter uicina eminet, magnus est illic ubi eminet. Nam magnitudo habet certum modum. Comparatio illa aut tollit, aut deprimit. Nauis quæ in flumine magna est, in mari paruula est. Gubernaculum quod nauis alteri magnum, alteri exiguum est. Tu nunc in prouincia licet ceteras ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodum coenes, quemadmodum dormias, queritur, scitur. Eo tibi die diligentius uiuendum est. Tunc felicem te esse iudica, cum poteris in publico uiuere, cum te parietes tui regent, non abscondent, quos plerumque circumdatos nobis iudicamus, non ut tutius uiuamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam ex qua mores æstimes nostros, uix quenquam inuenies, qui possit aperto ostio uiuere. Inanitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic uiuimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque uitare? bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant. Si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contempnis hunc testem. Vale.

EPISTOLA. XLIIII. Quod quilibet potest fieri uere nobilis, si uelit. Et quæ multi errant in optando uitam beatam.

Iterum tu mihi te pusillum facis, & dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde de fortunâ cum possis te eximere uulgo, & ad felicitatem hominum maximam emergere. Siquid aliud est in philosophia boni, hoc est, quod stema non inspicit, omnes si ad primam originem reuocentur, a Dijs sunt. Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tuam duxit

perduxit industria. At mercurius multis quatuordecim gradus sunt clausi. Non omnes cura admittit. Castra quoque quos ad laborem & periculum recipiunt, fastidiose legunt, bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reuicere quempiam philosophia. Nec eligit, omnibus licet. Patricius Socrates non fuit. Cleantes aquam traxit, & rigando hortulo locauit manus. Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geris autem, si hoc protinus tibi persuaseris, a nullo te nobilitate superari, omnibus nobis totidem ante nos sunt, nullius non origo ultra memoriam iacet. Plato ait, Neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruatum ex regibus. Omnia ista longa uarietas miscuit, & sursum deorsumque fortuna uersauit. Quis ergo generosus? ad uirtutem bene a natura compositus. Hoc unum est intuendum, alioqui si ad uetera te reuocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series, non facit nobilem, atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam uixit, nec quod ante nos fuit nostrum est. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere, puta itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum, potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingeniosos. Quomodo, inquis, si mala bonaque non populo autore distinxeris? intuendum est, non unde ueniant, sed quo eant. Si quidem quod beatam uitam potest facere, id bonum est suo iure, deprauari enim in malum non potest. Quid est ergo in quo erratur, cum omnes beatam uitam optent? quod instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cum summa beatæ uitæ sit solida tranquillitas, & eius inconcussa fiducia, sollicitudinibus colligunt causas, & per insidiosum iter uitæ non tantum ferunt facinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper abscedunt, & quo plus operæ impediunt, hoc se magis impediunt, & fertur retro, quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos uelocitas implicat. Vale.

Libri quinti epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER SEXTVS.

EPISTOLA. XLV. De modo eligendi cõmentarios, de acuitate ingenij, non in uerbis, sed in rebus exercenda, & quis sit uere beatus.

LIBRORVM istic inopiam esse quæris. Non refert quæ multos, sed quæ bonos habeas, lectio certa prodest, uaria delectat. Qui quo destinauit, peruenire uult, unam sequatur uiam, non per multas uagetur. Non ire istud, sed errare est, uellem, inquis, magis consilium mihi quæ libros dares. Ego uero quoscunque habeo mittere paratus sum, & totum horreum excutere, me quoque isto si possem, transferrem, & nisi mature te finem officij sperare impetratum, hanc senilem expeditionem in dixissem mihi, nec me Charybdis, & Sylla, & fabulosum istud fretum deterrere potuisset. Transhatastem ista, non solum traiecissem, dum modo te complecti possem, & præsens æstimare quantum animo creuisses. Ceterum quæ libros meos tibi mitti desideras, non magis ideo me disertum puto, quæ formosum putarem, si imaginem meam peteres. Indulgencia scio istud esse non iudicij. Et si modo iudicij est, indulgentia tibi impofuit, sed qualescunque sunt, tu illos sic lege, tanquam uerum quæram, adhuc non sciam, & contumaciter quæram. Non enim me cuiusque mancipium, nullius nomen fero, multum magnum uirorum iudicio credo, aliquid & meo uendico. Nam illi quoque non inuenta, sed quærenda nobis reliquerunt, & inuenissent forsitan necessaria, nisi & superflua quærisissent, multum illis temporis uerborum caullatio eripuit, & captiosa disputationes, quæ acumen irritum exercent. Ne stimus nodos, & ambiguam significationem uerbis alligamus, deinde dissoluimus, ac tantum nobis uacat, iam uiuere, iam mori scimus. Totâ illo mēte pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos non uerba decipiant. Quid mihi uocum similitudines distinguis, quibus nemo unquam nisi qui disputat captus est? Res fallunt, illas discernere, pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optauimus, pugnant uota nostra cum uotis, consilia cum consilijs, adulatio quæ similis est amicitia, non imitatur tantum illam, sed uincit & præterit, apertis ac propitijs auribus recipitur, & in præcordia ima de-

Sursum  
deorsum

Sophisma-  
ta rider, ut  
q̄s citra de-  
trimēta eru-  
ditōis igno-  
rari possint  
nihil p̄furu-  
ra si cognō  
fearur.

T. i. men-  
titem

scendit, eo ipso gratiosa quo laedit. Doce quemadmodū hanc similitudinē dinoscere pos-  
sim, uenit ad me pro amico blandus inimicus, uirtia nobis sub uirtutū nomine obrepit.  
Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderatio uocatur ignauia, pro cauto timidus  
accipitur. In his magno periculo erratur, his certas notas imprime. Ceterum qui interro-  
gatur, an cornua habeat, non est tam stultus, ut frontem suam tentet, nec rursus tam ine-  
ptus aut hebes, ut nō habere se nesciat, quod tu illi subtilissima collectione p̄suaseris. Sic  
ista sine noxa decipiunt, quomodo praestigiatorum acetabula & calculi, in quibus me fal-  
lacia ipsa delectat. Effice ut quomodo fiat intelligam, perdidit usum. Idem de istis captio-  
nibus dico, quo enim nomine potius sophismata appellem, nec ignoranti nocent, nec feci-  
entem iuuant. Si uis utiq; uerborum ambiguitates diducere, hoc nos doce, beatum nō  
eum esse, quem uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit, sed illum cui bonū  
omne in animo est erectum, & excelsum, & mirabilia calcantem. Qui neminē uidet, cū  
quo se cōmutatū uelit. Qui hominē ea sola parte aestimat, qua homo est. Qui natura ma-  
gistra utitur, ad illius leges componitur. Sic uiuit, quomodo illa praescripsit, cui bona sua  
nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit, certus iudicij, incōcussus, intrepidus, quē ali-  
qua uis mouet, nulla perturbat, quē fortuna cum in eū quod habuit telum nocentissimū  
ui maxima intorsit, pungit, nō uulnerat, & hoc raro. Nam cetera eius tela (quibus genus  
humanū debellatur) grauidinis more dissiulant, quā incussa tectis, sine ullo habitatoris  
incōmodo crepitat, ac soluit. Quid me detines in eo, quem tu ipse pseudo nomen<sup>r</sup> appel-  
las: de quo tantum librorum compositum est. Ecce tota mihi uita mentitur, hanc coar-  
guae, hanc ad uerum (si acutus es) redige, necessaria iudicat, quorum magna pars super-  
uacua est, etiam quae non est superuacua, nihil in se momentū habet in hoc, ut possit for-  
tunatum beatumq; praestare. Non enim statim bonum est, siquid necessariū est. Ac p̄ij-  
cimus bonū, si hoc nomen pani aut polētā damus, & ceteris sine quibus uita non duci-  
tur. Quod bonum est, utiq; necessarium est, quod autem necessarium est, non statim bo-  
num est, quoniam quaedam necessaria sunt, eadem uilissima. Nemo usq; eo dignitatem bo-  
ni ignorat, ut illud ad hanc in diem utilia demittat. Quid ergo? non eo potius curam trāsi-  
feres, ut ostendas omnibus magno temporis impendio quari superuacua, & multos trā-  
sisse uitam, dum uitae instrumenta conquirunt? Recognosce singulos, & considera uni-  
uersos, nullius non uita spectat in castrinum. Quid in hoc sit mali, quaris? In finitum, non  
enim uiuunt, sed uicturi sunt. Omnia differunt, etiā si attenderemus, tamē nos uita praer-  
curreret, nunc uero cum cōtates quasi aliena trāscurrit, & ultimo die finitur, omnino perit.  
Sed ne epistolae modū excedā, quae non debet sinistra manū legentis implere, in aliu die  
hanc litem cū dialectis differā, nimirū subtilibus, & hoc solū curatibus nō & hoc. Vale.

EPISTOLA XLVI. Laudat uoluminis sibi missi dulcedinem  
ubi docet, q̄ in dictando fertilis eligenda est materia.

**L**ibrum tuū quē mihi promiseras, accepi, & tanq̄ lecturus ex cōmodo adaperui,  
ac tantū degustare uolui. Deinde blanditus est ipse, ut procederē longius, qui q̄  
diferunt fuerit ex hoc intelligas licet, leuis mihi uisus est, cum esset, nec mei, nec  
tui corporis, sed qui primo aspectu, aut Titi Liuij, aut Epicuri posset uideri, tan-  
ta autem dulcedine me tenuit & traxit, ut illū sine ulla dilatione plegere. Sol me inuita-  
bat, fames admonēbat, nubes minabant, tamen exhausti totum, nō tantū delectatus, sed  
gaufus sum, quid ingenij iste habuit, quid animi dicerē, quid impetus, si interquiescisset,  
si interuallo surrexisset, nunc nō fuit impetus, sed tenor, compositio uirilis & sancta. Nihil  
lominus interueniebat dulce illud & loco lene, Grādis erectus es, hoc te uolo tenere, sic  
ire, fecit aliquid & materia. Ideo eligenda est fertilis, quae capiat ingenium, quae incitet.  
De libro tuo plura scribā, cum illū retractauero, nunc uero parū mihi sedet iudicij, tanq̄  
audierim illa, non legerim. Sine me, & inquirere, non est quod uerearis, uerum audies.  
O te hominem felicem, quod nihil habes, propter quod quisq; tibi tam longe mentia-  
tur, nisi quod etiam ubi causa sublata est, mentimur consuetudinis causa, Vale.

EPISTOLA XLVII. De familiaritate habenda cum  
seruis, & ipsos diligendos esse.

**L**ibenter ex his quae ad te ueniūt cognoui familiariter te cū seruis tuis uiuere, hoc  
prudētia

prudētia tuam, hoc eruditionē tuam decet. Serui sunt, immo homines. Serui sunt, imo  
contubernales. Serui sunt, immo humiles amici. Serui sunt, immo conferui, si cogitaue-  
ris tantundē in utroq; licere fortuna. Itaq; rideo istos, qui turpe existimant cū seruo suo  
cōenare. Quare? nisi quia superbissima consuetudo cōenantē dominū stātium seruorum  
turba circūdedit: Est ille, plus q̄ capit, & ingenti auiditate onerat distentum uentrem, ac  
defectum iam uentris officio, ut maiore opera omnia tegerat q̄ ingestit. At infelicibus  
seruis mouere labra, ne in hoc quidem, ut loquantur, licet, uirga murmur omne cōpesci-  
tur, & ne fortuita quidem uerberibus excepta sunt, tussis, iterntamenta, singultus, ma-  
gno malo ulla uoce interpellatum silentiū luitur, nō cōte tota se iunū, mutiq; perstant. Sic fit  
ut isti de domino loquantur, quibus corā domino loqui nō licet. At illi quibus non tantū  
coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorū os non cōsuebat, parati erant, p̄ domi-  
no porrigere ceruicem, periculum imminens in caput suū auertere. In conuiuijs loque-  
bantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdē arrogātie prouerbiū iactatur, Totidē  
esse hostes, quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus, alia interim crudelia &  
inhumana praterco, q̄ nec tanq̄ hominibus quidem, sed tanq̄ iumentis abutimur, qui  
cum ad cōmandum discumbimus, alius sp̄uta detergit, alios reliquias temulentorū sub-  
ditus colligit, alius preciosas aues scindit per pectus, & dunes certis ductibus circūferēs  
eruditam manū frustra excutit. Infelix qui huic uni rei uiuit, ut a trilia decēter fecerit, nisi q̄  
meritor est, qui hoc uoluptatis causa docet, q̄ qui necessitatis dicit. Alius uini ministri  
in muliebrem modū ornatus, cum aetate luētur. Non potest effugere pueritiā, sed re-  
trahitur, lamq; militaris habitus glaber restrictis pilis, aut penitus euulsis, tota nō cōte per-  
uigilat, quā inter ebrietatē domini ac libidine diuidit, & in cubiculo uir, & in cōuiuio pu-  
er est. Alius cui conuiuarū censura permessa est, perstat infelix & expectat, quos adula-  
tio, & intemperantia, aut gula, aut linguae reuocet in castrinum. Adijce obfonatores, q̄  
sunt dominici palati noticia subtilis est, qui sciunt, cuius rei illum saporem excitet, cuius dele-  
ctet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iā ipsa satiētatē fastidiat, qd  
illo die esuriat. Cum his cōenare nō sustinet, & maiestatis suae diminutionē putat, ad ean-  
dem mensam cum seruo suo accedere. Dij melius, quod existis dominos habent. Sta-  
re ante limē Calixti, dominū suum uidit, & eum qui illi impegerat titulū, qui inter ridicu-  
la mancipia produxerat, alijs intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus. Ille in pri-  
mam decuriam deiectus, in qua uocem prece experitur, & ipse illum inuicem apologa-  
uit, & ipse non iudicauit domo sua dignum, dominus Calixtum uendidit, sed domino q̄  
multa Calixtus, uis tu cogitare istum, quē seruum tuū uocas, ex hisdem feminibus ortū,  
eodem frui cōelo, aequē spirare, aequē uiuere, aequē mori: tu tam illum ingenium uidere  
potes, quam ille te seruum. Mariana clade multos splendidissime natos, senatoriū p̄ mili-  
tiam auspicientes gradum, fortuna depressit, alium ex illis pastore, alium custodem castrae  
fecit. Cōtemne nunc eius fortunae hominē, in quam transire, dum cōtemnis, potes. Noi-  
lo in ingētem me locum immittere, & de usu seruorum disputare, in quos superbissimi,  
crudelissimi, & cōtumeliosissimi sumus, hac tamen praecēpti mei summa est. Sic cum in-  
feriore uiuas, quemadmodū tecū superiore uelis uiuere, quoties in mentē uenerit, quan-  
tum tibi in seruum liceat, ueniat in mentem, tantundē in te domino tuo licere. At ego, in  
quis, nullū habeo dominū, bona aetas est, forsitan habebis. Nescis qua aetate Hecuba ser-  
uire coeperit, qua Croesus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? Viue cū seruo cle-  
menter, comitem quoq; & in sermone admittē, & in consiliū, & in conuictum. Hoc lo-  
co acclamabit mihi tota manus delicatiorū, nihil hac re humiliorū, nihil turpius, hos ego  
eosdem deprehendam, alienorum seruorum osculantes manū, ne illud quidem uidetis,  
quā omnē inuidiam maiores nostri dominis, omnē contumeliam seruis detraxerint? do-  
minū patrem familiae appellauerunt. Seruos (quod etiā in minimis adhuc durat) familia-  
res. Instituerūt diem festum, nō quo solum cum seruis domini uescerentur, sed quo utiq;  
honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt, & domum pusillam rempublicam  
esse iudicauerunt. Quid ergo? omnes seruos admouebo mensae meae, non magis q̄ oēs  
liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, utputa illū  
mulionem, & illum bubulcum, nō ministerijs illos aestimabo, sed moribus, sibi quisq; dat

alibi digerat

Quor ser-  
uos habe-  
mus, toti  
de habem<sup>o</sup>  
hostes

Ab i cura

mores, ministeria casus assignat. Quidam cœnēt tecum, quia digni sunt, quidam ut sint. Siquid enim in illis ex fordida conuersatione seruire est, honestiorum conuictus excutiet. Non est mi Lucili, q̄ amicū tantum in foro & in curia quæras, si diligenter attende- ris, & domi inuenies. Sæpe bona materia cessat sine artifice. Tenta & experire, quemad- modum stultus est, qui equum empturus, nō ipsum inspicit, sed stratum eius ac franos. Sic stultissimus est, qui hominem aut ex ueste, aut ex conditione, quæ uestis modo nobis circumdata est, aestimat. Seruus est, fortasse liber animo. Seruus est, hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auariciæ, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem ancillulæ seruentem: dabo ancillulæ diuitem: Ostendam nobilissimos iuuenes mancipia Pantonomimorū: nulla seruitus turpior est, q̄ uoluntaria. Quare nō est, quod fastidiosi ipsi deterreant, quo minus seruis tuis hilarem te præstes, & non sup- be superiore. Colant potius te, q̄ timeant. Dicit nunc aliquis me uocare ad pileum ser- uos, & dominos de fastigio suo deijcere, quod dixi, colant potius dominū, q̄ timeāt. Ita / q̄, inquit, prorsus colant tanq̄ clientes, tanq̄ salutatores, hoc qui dixerit, obliuiscetur, id dominis parum non esse quod deo latis est, qui colitur & amatur, non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo te facere iudico, quod timeri a seruis tuis non uis, quod uerborum castigatiōe uteris, uerberibus multa admonentur. Non quicquid nos offen- dit, & lædit, sed ad rabiem cogunt uenire delicta, ut quicquid non ex uoluntate respon- dit, iram prouocet. Regem nobis induimus animos. Nam illi quocq̄ obliui, & uirium sua- rum, & imbecillitatis alienæ, sic exardescunt, sic sæuiūt, quasi iniuriam acceperint, a cuius rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos præstat, nec hoc ignorant, sed occa- sionem nocendi captant, quarendo acceperunt iniuriam, ut facerent, diutius te me mo- rari nolo, non est enim tibi exhortatiōe opus, hoc habent inter cætera boni mores pla- cent sibi & permanent, leuis est malicia, sæpe mutatur nō in melius, sed in aliud. Vale.

EPISTOLA. XLVIII. Longiore more opus esse in solutione q̄ propositione quæstionis, & quod amicitia omnia cōmunicat.

**A**D epistolam quā mihi ex itinere misisti, tam longam, q̄ ipsum iter fuit, postea rescribam. Seducere me debeo, & quid suadeam circumspicere. Nam tu quo- q̄ consulis, diu an consuleres cogitasti, quantomagis hoc mihi faciendum est, cum longiore mora opus sit, ut soluas quæstionem, q̄ ut proponas: Vtq̄ cū aliud tibi expedit, aliud mihi, iterū ego tanq̄ Epicureus loquor. Mihi uero id expedit, quod tibi, aut non sum amicus, nisi quicquid agitur ad te pertinet, meum est. Consortiū rerum omnium inter nos facit amicitia, nec secundi quicq̄ singulis est, nec aduersi. In com- mune uiuunt. Nec potest quisq̄ beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad util- itates suas conuertit. Alteri uiuas oportet, si uis tibi uiuere, hæc societas diligenter & san- cte obseruanda est, quæ nos omnes hominibus miscet, & iudicat aliquod esse cōmune ius generis humani, plurimum ad illam quoq̄ (de qua loquebar) interiore societatē amici- tiæ colendam proficit. Omnia enim cū amico cōmunia habebit, qui multa cum homine, hoc Lucili uirorū optime mihi ab istis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare de- beam, quid homini, q̄ quot modis amicus dicatur, & homo q̄ multa significet in diuer- sum. Ecce sapientia & stulticia discedunt, cui accedo: in utram ire partem iubes. Illi ho- mo pro amico est. Huic amicus non est pro homine, ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi uerba distorques, & syllabas digeris, scilicet nisi interrogatiōes uasernas stru- xero, & conclusionē falsa uero nascens mendaciam adstruxero, non poterō a fugiēdis petenda secernere, pudet me, quod in re tam seria fenes ludimus. Vale.

EPISTOLA. XLIX. Notat eos, qui in tanta temporum ægestate puerilibus sophismatibus indulgent.

**M**Vs syllaba est, mus autem caseum rodit, syllaba ergo caseum rodit, puta nūc me istud non posse soluere, quod mihi ex ista sententiā periculum imminet quod incōmodum: sine dubio uerendum est, ne quando in mulcipula sylla- bas capiam, aut ne quando, si negligētor fuero, caseum liber comedat, nisi for- te acuti-

te acutiore est illa collectio. Mus syllaba est, Syllaba autem caseum nō rodit, mus ergo ca- seum non rodit. O pueriles ineptias, in hoc supcilia subduximus, in hoc barbam dimisi- mus, hoc est quod tristes decemus & pallidus: Vis scire quod philosophia p̄mittat gene- ri humano consilium? Alium mors uocat, alium paupertas urit, alium diuitia, uel alienæ torquent, uel suæ. Ille malam fortunam horret, hic felicitati suæ subducere cupit, hunc homines male habent, illum Dii. Quid mihi lusoria ista proponis: non est iocandi locus ad miseros aduocatus es. Opem te laturum naufragis, captis, ægris, egentibus, intēta se- curi subiectum, præstantibus caput pollicitus es, quo diuerteris: quid agis? hic cum quo ludis, times. Succurre, q̄d q̄ mihi laqueati respondent in pœnis: Omnes undiq̄ ad te ma- nus tendunt, perditæ uitæ perituræq̄ auxilium aliquod implorant, in te spes opesq̄ sunt. Rogant ut ex tanta illos uoluntate extrahas, ut disiectis & errantibus clarum ueritatis lumen ostendas. Dic quid natura necessarium fecerit, quid superuacuum, q̄ faciles leges posuerit, q̄ iucunda sit uita, q̄ expedita illas sequentibus, q̄ acerba & implicita eorum, qui opinioni plus q̄ naturæ crediderunt: Si prius docueris, quæ parte eorum leuatura sint. Quid istorum cupiditates demit, quid temperat. Vtinam tantū prodessem, quantū nocēt, hoc tibi cum uoles manifestissimū faciam, & cōminui & debilitari generolam in- dolem in istas argutias coniectam, pudet dicere contra fortunā militaturis, quæ porrigat tela, quemadmodū illos subornent, hac ad summū bonū itur, per istud philosophiæ sunt nigra, & turpes, infamesq̄, etiam ad album sedentibus, exceptiones. Quid em̄ aliud agi- tis, cum eum quē interrogatis, scientes in fraudē inducitis, q̄ ut formula cecidisse uideat- ur? Sed quemadmodū illos prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Quid dis- ceditis ab ingentibus promissi, s& grandia locutis effecturos uos, ut non magis auri ful- gor, q̄ gladij perstringat oculos meos, ut ingenti constantia, & quod omnes optāt, & q̄ omnes timeant, calcem, ad Grammaticorum elementa descenditis. Quid dicitis: sic itur ad- astra: hoc enim est quod philosophia mihi promittit, ut me parem deo faciat, ad hoc in- uitatus sum, ad hoc ueni, si dem præsta, quantū potes. Ergo mi Lucili reduce te ab istis ex- ceptionibus & præscriptionibus philosophorū, aperta decent & simplicitate bonitate. Etia- si multā superes set ætatis, parce dispensandū erat, ut sufficeret necessarijs. Nunc quæ de- mentia est superuacua discere in tanta temporis ægestate? Vale.

EPISTOLA. L. De uelocitate temporis, non in quæstionibus puerilibus expendenda, sed exhortatiōe uirtutis redimenda.

**E**St quidem mi Lucili supinus & negligens, qui in amici memoriā ab aliqua regi- one admonitus reducitur, tamen repositum in animo nostro desideria loca in- terdum familiaria euocant, nec extinctam memoriā reddunt, sed quiescentē irri- tant, sicut dolorē lugentiū, etiā si mitigatus est tēpore, aut seruili familiaris amisi- sio, aut uestis, aut domus renouat. Ecce Campania, & maxime Neapolis, ad Pompeiorū tuorum cōspectū incredibile est, q̄ recens desiderium tui fecerit. Totus mihi in oculis es, cum maxime a te discedo, uideo lachrymas cōbibetem, & affectibus tuis inter ipsam coercionē exeuntibus nobis, satis resistentem, modo amississe te uideo. Quid em̄: non modo est, si recorderis, modo apud Socionem philosophū puer sedi, modo causas age- re cœpi, modo desij uelle agere, modo desij posse. Infinita est uelocitas tēporis, quæ ma- gis apparet respicientibus. Nā ad præsentia intentos fallit, adeo præcipitis fugæ trāsitus leuis est. Causam huius rei quæris: quicq̄ tēporis transijt, eodē loco est, pariter aspiciūt, una facit, omnia inde in profundū cadunt, t& alioquin nō possunt longa interualla esse in ea re, quæ tota uix est. Punctū est quod uiuimus, & adhuc p̄cto minus, sed hoc mini- mū specie quadā lōgioris spacij natura diuisit, aliud ex hoc infantia fecit, aliud pueritiā, aliud adulescentiā, aliud inclinationē quandā ab adulescentia ad senectutē, aliud ipsam senectutē, in quā angusto quot gradus posuit: modo te profecutus sum, & tamē hoc mo- do, ætatis nostræ portio est, cuius breuitatē aliq̄n futura cogitemus. Nō solebat mihi tam uelox tēpus uideri. Nūc incredibilis cursus apparet, siue qa admoueri lineas sentio, siue qa attendere cœpi & cōputare dānū meū, eo magis utiq̄ indignor aliquos ex hoc tpe( qd sufficere nec ad necessaria qdē pōt, etiā si custoditū diligētissime fuerit) in suprauacua ma- iore pte erogare. Negat Cicero, si duplices sibi ætas habiturū se tēp̄ quo legat Lyricos, eodē loco

Affr̄quis eloquior es i pœnis.

Affr̄necessitates

\*

Affr̄paxen- tia autē sat- lit nos. Nō enim. Affr̄deritū.

\*

Vocare ad pileum

Eraf. Rote.

Videt eadē epistola cū superiori.



Sophistima  
ta concipit  
se subtilius  
est q̄ solue  
re.

eodem loco Dialecticos, tristius inepti sunt. Illi ex professo lasciuunt, hi agere seiplos aliquid existimant, nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantū, & a limine saluanda, in hoc unū, ne uerba nobis dentur, & aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in ea quaestione, quam subtilius est contempsisse, q̄ solueret. Securi est & ex cōmodo migrantis munita conquirere. Cū hostis instat a tergo, & mouere te iustus esse miles, excutit necessitas quicquid pax ociosa collegerat. Non uacat in uerba dubie cadentia consecrari, & uafriciam in illis meam experiri. Aspice qui coeant populi, quae mœnia clausis Ferrū acuāt portis. Magno mihi animo strepitus iste belli circūsonantis exaudiendus est, demens omnibus merito uideret, si cum laxa in munimentum murorum fenēs, foeminæq; congererent, cum iuuetus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela uibraret, & ipsum solum suffossionibus & cuniculis tremere, federem ociosus, & eiusmodi quaestiuiculas ponēs. Quod non perdidisti habes, cornua autē non perdidisti, cornua ergo habes, aliq̄ ad exemplum huius acuta delirationis concinnata. atqui aequē licet demens tibi uidear, si istis impendero operam, & nunc obsideor, tunc tamen periculum mihi obfesso externum immineret, murus me ab hoste secerneret. Nunc mortifera mecum sunt. Nunc uacat ad istas ineptias. Ingens negocium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit uita, aduersus hanc me doce, aliquid effer, ne mortem non fugiam, uita me non effugiat. Exhortare aduersus difficultia de aequanimitate, aduersus inuitabilia, angustias temporis mei laxa, doce non esse politum bonū uitae in spacio eius, sed in usu, posse fieri, immo sapere fieri, ut qui diu uixit, parum uixerit. Dic mihi dormituro, potes nō expergisci, dic experrecto, potes non dormire amplius. Dic exeunti, potes non reuertī. Dic redeūti, potes non exire. Erras si in nauigatione tantum existimas minimū esse, quo morte uita ducitur. In omni loco aequē tenue interuallum est. Num ubiq; se mors tam prope ostendit? ubiq; tā ppe est. Has tenebras discute, & facilius ea trades, ad quae preparatus sum. Dociles natura nos addidit, & rationem dedit imperfecta, sed quae perfici posset. De iusticia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraq; & illa cui alieni corporis abstinentia est, & hac, cui sui cura. Si me uolueris per deua ducere, facilius ad id quo teo perueniam. Nam (ut ille ait Tragicus) Veritatis simplex oratio est. Ideoq; illa implicare non oportet, nec enim quicq; minus conuenit, q̄ subdola ista calliditas animis conātibus magna. Vale.

Veritatis  
simplex oratio.

EPISTOLA. LI. De falsa excusatione peccantium, & qualiter possit prauitas etiam indurata corrigi, & q̄ uirtutes sunt quasi bona naturalia.

**E** Pistolam tuam accepi post multos menses, quam miseris, superuacua itaq; purtaui ab eo qui affererat, quid ageres, quaerere. Valde enim bona memoria est, si meminit, & tamen spero te sic iam uiuere, ut ubiq; eris, sciam qd agas. Quid enim aliud agas, q̄ ut meliore te ipse quotidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intelligas tua uitia esse, quae putas rerum? Quaedam enim locis & temporibus acerbimus. At illa quocunq; transierimus secutura sunt. Harpasten uxoris meae fatua, scis hae reditarius onus in domo mea remansisse. Ipse enim auarissimus ab istis prodigijs sumptuosus, si quando fatuo delictari uolo, nō est mihi longe quaerendus, me rideo, hae fatua subitoto desijt uidere. Incrediblem tibi narro rem, sed ueram, nescit esse se cacam, subinde paedagogum suū rogat, ut migret, ait, domū tenebrosam esse, hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo se auarum esse intelligit, nemo cupidum. Caeci tamen duces quaerunt, nos sine duce erramus, & dicimus, nō ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest uiuere. Nō ego sumptuosus, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Nō est meū uitium q̄ iracundus sum, q̄ nondū cōstitui certum genus uitae, adolescētia hae facit. Quid nos decipimus, nō est extrinsecus malū nostrū, intra nos est, in uisceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatē peruenimus, q̄ nos agrotare nescimus. Si scrutari cōperimus, q̄n tot morbos, tātalue agritudines discutiemus? Nūc igitur nec quaerimus quide medicū, q̄ minus negocij haberet, si adhiberet ad recens uitium. Sequerent teneri & rudes animi, recta monstrantē. Nemo difficulter ad naturam reductur, nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem. At mehercules, turpe est magistrū huius rei quaere

rei quaerere. Illud desperandū est, posse nobis casu tantū bonū influere, laboradū est, & (ut uerum dicam) ne labor quidem magnus est, si modo (ut dixi) ante animū nostrū formare incipimus, & corrigere, q̄ indurescat prauitas eius, sed nec indurata despero. Nil est quod non expugnare pertinax opera & intēta ac diligens cura. Robora in rectum quous flexa, reuocabis. Curuatas trabes calor explicat, & aliter nata, in id fingitur, quod usus noster exigit, quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obsequentior? Quid enim aliud est animus, q̄ quodā modo se habens spiritus? uides autē tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est? Illud mi Lucili non est quod te impediatur, quo minus de nobis bene speres, q̄ malicia iam nos tenet, q̄ diu in possessione nostri est. Ad neminē ante bona mens uenit, sed ea praecipua sumus uirtutes discere, uita dediscere, sed eo maiore aio ad emendationē nostrī debem⁹ accedere, quo semel traditi boni perpetua possessio est, nō dediscit uirtus. Cōtraria em mala in alieno harent. Ideo expelli & extirpari possunt, fideliter sedent, quae in locum suū ueniunt, uirtus secundū naturam est, uita inimica & infesta sunt. Sed quemadmodū uirtutes retentae exire non possunt, faciliq; earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primū imbecilla mentis atq; agra est formidare in experta. Itaq; cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est opus acerbā medicina. Protinus enim delectat, dū sanat, aliorum remediorum post sanitatem uoluptas est, philosophia pariter & salutaris & dulcis est. Vale.

Libri sexti epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER SEPTIMVS.

EPISTOLA. LII. Amenas regiones uitandas esse rationibus, & exemplis docet.

**Q**UOMODO quisq; potest mi Lucili? tu istic habes Aethnam, & illum nobilissimū Siciliae montem, quem quare dixerit Messala unicum, siue Valgilius (apud utruq; enim legi) non repero, cum plurima loca euomat igne, non tantum aedita, quod crebrius euenit, uidelicet quia ignis in altissimum effertur, sed etiam iacentia. Nos utcuq; possumus, contenti fumus Baijs, quas postero die, quam attigeram, reliqui, locum ob hoc deuitandum, cum habeat quaedam naturales dotes, quia sibi illum celebrandum luxuria desumpsit. Quid ergo? ulli loco indicendum est odium? minime. Sed quemadmodū aliqua uestis sapientia ac probro uiro magis conuenit q̄ alia. Nec ullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptū esse frugalitatē professio. Sic regio quoq; est, quā sapiens uir, aut ad sapiētiam tendēs declinet, tanq̄ alienam bonis moribus. Itaq; de secessu cogitans, nunq; Canopū eliget, quous neminem Canopus esse frugi uetet. Ne Baias quidem. Diuersorium uitiorū esse ceperunt. Illic sibi plurimū luxuria permittit. Illic tanq; aliqua licentia debeat loco, magis soluitur. Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Quē admodum inter tortores habitare nolum, sic nec inter popinas quidem, uidere ebrios p littora errantes, & comessationes nauigantium, & symphoniarum cantibus perstreperes lacus, & alia quae uelut soluta legibus luxuria, non tantum peccat, sed publicat, qd necesse est: id agere debemus, ut irritamenta uitiorum q̄ longissime profugiamus. Induratus est animus, & a blandimentis uoluptatum procul abstrahendus. Vina Hannibalē Hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atq; Alpibus uirum enerauerunt fomenta Campaniae. Armis uicit, uitijs uictus est. Nobis quoq; militandum est, & quidem genere militiae, quo nunq; quies, nunq; ocium datur, debellāda sunt in primis uoluptates, quae (ut uides) saeva quoq; ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit, quantū operis aggressus sit, sciet nihil delicatē, nihil molliter esse faciendum. Quid mihi cum istis ca? lentibus stagnis? quid cum sudatorijs, in quae sicca uapor corpora exhausturum excluditur. Omnis ludor p laborem exeat. Si faceremus quod fecit Hannibal, ut interrupto cursu erēt, omissoq; bello, fouendis corporibus operā darem. Nemo nō intēpestius desideria uictori quoq; nedū uincētū periculosa, merito rephēderet. Minus nobis q̄ illis Punica signa sequentibus licet. Plus periculi restat cadentibus, plus opis etiā pferantibus, fortuna meū bella gerit, nō sum impata facturus, iugū nō recipio, imo (q̄ maiore uirtute faciendum

† Afr detur  
bari

† Alt Nō est imoti iudi- cij animus.

† Alt Inimi ca nec du bie.

† Alt fluia tem.

† Alt fluia tem.

\*

† Alt suscipit

† Alt inge- nium

ciendum est) excutio. Non est emolliendus animus. Si uoluptati cesserō, cedēdum est dolori, cedendum labori, cedendum est paupertati. Idē sibi in me iuris esse uolet, & am- bitio, & ira. Inter tot affectus distrahatur, immo discerpatur, libertas, pposita est, ad hoc prae- mium laboratur. Quae sit libertas, quae sit, Nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in equum deducere, quo die intellexero illam plus posse, nil poterit. Ego illam feram, cum in manu mea sit. His cogitationibus intentus, loca feria sanctorum eligere oportet. Effeminat animos amoenitas. Amœna sine dubio aliquid ad corruptendum uigo- rem potest regio. Quamlibet uiam iumenta patiuntur, quorum indurata in aspero ungu- la est, in molli palustrisq; pascuo saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso uenit. Segnis est urbanus & uerna. Nullum laborē recusant manus, quae ad arma ab ara- tro transferuntur. In primo deficit puluere ille unctus & nitidus. Seuerior loci disciplina firmat ingenium, aptumq; magnis conatibus reddit. Litrni honestius Scipio & Bais exu- labat. Ruina eius non est tam molliter collocanda. Illi ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit Cn. Marius, & Cn. Pompeius, & Caesar extruxerunt quidem uillas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis iugis montium, uideba- tur hoc magis militare, ex edito speculari late longeque subiecta. Alpice quem positionem elegerunt, quibus adificia excitauerunt locis, & qualia, scias nō uillas esse, sed castra. Ha- bitaturum tu putas unquam fuisse in Vtica Catonem, ut praeter nauigantes adulteras dinu- meraret, & aspiceret tot genera cimbarum uariis coloribus picta, & fluctuantem toto la- cu rosam, ut audiret canentium nocturna conuiuia, nōne manere ille intra uallum malu- isset, quae ibi unam noctem anxius ipse duxisset. Quid ni malit quisquis uir est, somnū fūti classico quae symphonia rumpit. Sed satis diu cum Bais litigauimus, nunquam satis cum uitijis, quae oro te mi Lucili persequere, sine modo, sine fine, nā illis quoque nec finis est nec mo- dus. Proijce quaecumq; cor tuum lantant, quae si aliter extrahi nequirit, cor ipsum cum il- lis reuellendum erit, uoluptates praecipue exturba, & inuisissimas habe, latronum more quos Philistas Aegyptij uocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Vale.

EPISTOLA. LIII. De tribus hominum generibus ad philosophiam uentur- tium, & quis in hac uita sit eligendus adiutor.

**Q**uid est hoc Lucili, quod nos alio tendentes, alio trahit, & eo unde recedere cupimus, impellit, quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quae semel uelle: fluctuamus inter uaria consilia, nihil libere uolumus, nihil absque lute, nihil semp. Stulticia, inquis, est, cui nihil constat, nihil diu placet. Sed quo modo nos, aut quando nos ab illa reuellemus. Nemo per se satis ualet, ut emergat, oportet manū aliquis porrigat, aliquis educat, quosdam ait Epicurus ad ueritatem sine ullius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos uiam, hos maxime laudat, quibus ex se im- petus fuit, qui seipsos protulerunt, quosdam indigere ope aliena, non ituros si nemo praes- cesserit, sed bene secutosur. Ex his Metrodorum, ait, esse. Egregium hoc quoque, sed secun- dae sortis ingenium. Nos ex illa prima nota non sumus, bene nobiscum agit, si in hanc secundam recipimur. Nec hunc quidem contempseris hominem, qui alieno beneficio esse sal- uis potest, & hoc multū est, uelle seruari, praeter haec adhuc inuenies aliud genus homi- nū, ne ipsum quidem fastidiendū eorū, qui cogi ad rectum compelluntur, quibus non duce tantū opus sit, sed adiutore, & ut ita dicam, coactore, hic tertius color est. Si quareis huius exemplar, Hermaeum, ait, Epicurus talē fuisse. Itaque alteri magis gratulatur, alterū ma- gis suspicit, quibus enim ad eundem finem uterque uenerit, tamen maior est laus idē effecisse in difficiliore materia, puta enim duo adificia excitata esse, ambo paria, aequae excellentia, ma- gnifica, alterum puram aream accepit, illic protinus opus creuit, alterius fundamenta las- sauerunt, in mollem & fluidam demissa humum, multumque laboris exhaustum est, dum peruenitur ad solidum. Apparet in altero, quicquid factū est, alterius magna pars & dif- ficilior later. Quaedam ingenia facilia & expedita, quaedam manu (quod aijunt) facienda sunt, & in fundamēta suis occupanda. Itaque ego illum feliciorē dixerim, qui nihil ne- gocij secum habuit. Hunc quidem de se melius meruisse, qui malignentem naturā suā uicit, & ad sapientiā se nō perduxit, sed durum ac laboriosum negotiū no- bis datum scias, scilicet imus per obstantia. Itaque pugnemus, aliquorum inuocemus au- xilium.

xilium. Quē, inquis, inuocabo: hunc aut illum. Quid enim refert, utrum incipias, an desinas: cum utriusque rei hic sit effectus non esse. His & huiusmodi exhortationibus ra- citis (nam uerbis locis non aderat) alloqui me desij. Deinde paulatim suspirium illud, quod esse iam anhelitus coeperat interualla maiora fecit, & retardatum est ac remansit. Nec adhuc quibus deserit ex natura fuit spiritus. Sentio haesitationē quandā & eius mo- ram. Quomodo uolet dummodo non ex animo suspirem, hoc tibi de me recipe, nō trespis dabo ad extrema, iam praeparatus sum, nihil cogito de die tuto. Illū lauda & imitare, quē non piget mori, cum iuuet uiuere. Quae enim uirtus est, cum eijciaris exire: tamē est & hic uirtus. Eijcior inuident, sed tanquam exeam. Et ideo nunquam eijciur sapiens, quia eijci est inde expelli, unde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens, necessitatem effugit, quia uult quod ipsa coactura est. Vale.

EPISTOLA. LVI. De uilla Vaciae, & eius dispositione, & de ignaui uitio uitando, & quod solus sapiens nulla re sollicitus scit sibi uiuere.

**A** Gestationem cum maxime uenio non minus fatigatus, quam si tantum ambularem quātū sedi, labor est enim diu ferri, ac nescio an eo maior, quia contra naturā est, quae pedes dedit, ut per nos ambularem, oculos, ut per nos uideremus, debi- litate nobis inducere delicta, & quod diu nolimus, posse desinimus. Mihi ta- men necessarium erat concutere corpus, ut siue bilis infiderat faucibus discuteretur, siue ipse ex aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum iactatio, quam profuisse mihi sensi. Ideo diutius uehi perseueravi, inuitante ipso littore, quod inter Cumas & Seruilij Vaciae uilla curuatur, & hinc mari, & illinc lacu, uelut in angustū iter clauditur. Erat em- a recentit tepelstare mare ipsillum. Fluctus autem illud (ut scis) frequēs & cōcitatū. Exequat, longior tranquillitas soluit, cum arenis quae humore alligantur succus abesset. Ex cōfuer- tudine tamē mea circumspicere coepi, an aliquid illic inuenirent, quod mihi bono posset esse, & direxi oculos in uillā, quae aliquando Vaciae fuit. In hac ille pratorius diues nul- la alia re, quam ocio notus consenuit, & ob hoc unum felix habebatur. Nam quoties aliquos amicitia Alinij Galli, quoties se iam odium, deinde amor merferat (aeque enim offendit se illum, quam amasse periculosum fuit) exclamabat homines, O Vacia solus scis uiuere. At ille latere sciebat, non uiuere. Multum autem interest, utrum uita tua ociosa sit, aut igna- ua. Nunquam aliter hanc uillam Vacia uiuo praeteribam, quam ut dicerem, Vacia hic situs est. Sed adeo mi Lucili philosophia sacrum quiddam est, & uenerabile, ut etiam si quid illi simile est, mendacium placeat. Ociofum enim hominem seductū existimat uulgos & secu- rum, & se contentum, sibi que uiuentem, quorum nihil ulli contingere, nisi sapienti potest. Ille quidem nulla re sollicitus scit sibi uiuere. Ille enim (quod est primū) scit uiuere. Nā q- res & homines fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegauit, qui alios feliciores uidere non potuit, qui uelut timidum atque iners animal metu oblituit, ille sibi non uiuit, sed (quod est turpissimū) uentri, somno, libidini, non continuo sibi uiuit, qui nemini, adeo- tamen magna res est constantia, & in proposito suo perseuerantia, ut habeat auctoritatē inertia quoque pertinax, de ipsa uilla nihil possum tibi certi scribere, frontem enim eius tā- tum noui, & exposita, quae ostendit etiam transeuntibus. Spelunca sunt duae magni ope- ris, laxo atrio, paries manufactus, quarum altera solem non recipit, & altera usque in occi- dentem tenet. Prata bona, medius ritus & a mari & ab Acherusio lacu receptus Euripi- modo diuidit, alendis piscibus (etiam si assiduo exhauriatur) sufficiens, sed illi cum mare patet, parcirur, cum tempestas piciditatum dedit ferias, manus ad parata porrigit, hoc ta- men est comodissimū in uilla, quod Baias trans parietē habet, in comodis illarū caret, uo- luptatibus fruitor, has laudes eius ipse noui, nunc esse illas totius anni credo. Occurrit enim Faunio, & illū adeo excipit, ut Bais neget. Non stulte uidetur elegisse hūc locum Vaciae, in quae ociofum suū pigrū iam & senile conferret. Sed non multū ad tranquillitatē lo- cus confert, animus est, qui sibi comendat omnia, uidi ego in uilla hilaris & amœna par- stos, uidi in media solitudine occupatis similes. Quare nō est quod existimes, ideo eorū bene- cōpositū esse te, in Capania nō es: quae aut nō es: huc usque cogitationes tuas mitte. Cōuer- sari cum amicis absentibus licet, et quae quoties uelis, quam diu uelis, magis hac uoluptate quae maxima

† Alt Gestat- tionem pati- sus sum diu uenio.

Philoso- phia

† Alt ille sol- licitus scit si- bi uiuere.

† Alt pares manufactae Alt noua.

† Alt esse il- lam totius amœnia- tis credo.

falsi Cōfide  
mus, condi  
ducti sum⁹

maxima est fruimur) dū absumus, praesentia cū nos delicatos facit, & q̄a aliq̄ndo una lo-  
quimur, ambulamus, sc̄um sedimus, cum deducti sumus, Nihil de his quos modo uidi-  
mus, cogitamus, & ideo aequo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum  
etiā praesentibus abest. Pone hic primū noctes separatas. Deinde occupationes utriusq̄  
diuerſas, deinde studia secreta, suburbanas profeciones, uidebis non multū esse, quod  
nobis peregrinatio eripiat, amicus animo possidendus est. Hic autem nuncq̄ abest, quē-  
cunq̄ uult, quotidie uidet. Itaq̄ mecum stude, mecum coena, mecum ambula. In angu-  
sto uiueremus, si quicq̄ esset cogitationibus clausum. Video te mi Lucili, cum maxime  
audio, adeo tecum sum ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed codicillos tibi scribe-  
re. Vale.

falsi cogitat

EPISTOLA LVII. Notat tumultuosam balneorum luxuriam,  
& quod omnia uitia animi in aperto leuiora sunt.

**P**ream, si est tam necessarium quam uidetur silentiū in studia seposito. Ecce ua-  
rius clamor undiq̄ me circumsonat, supra ipsum balneum habito, p̄pone nunc  
tibi omnia genera uocum, quae in odium possunt aures adducere, cum fortiores  
exercentur, & manus plumbo graues iactant, cum aut laborant, aut laboratē  
imitantur, gemitus audio, quotiens recentem spiritum remisērūt, sibilos & acerbissimas  
respirationes, cū in aliq̄ue inertē, & hac plabea functione cōtentū incidit, audio crepitū il-  
lisae manus humeris, quae prout plana peruenit, aut concaua, ita sonum mutat. Si ꝑo Pe-  
licrepus superuenerit, & numerare cōeperit ꝑ pilos, actum est. Ad iſce nūc Sordalū, & fu-  
rem deprehensum, & illum cui uox sua in balneo placet. Ad iſce nunc eos, qui in piscinā  
cum ingenti impulsu aquae sono salūnt. Praeter istos quorū si nihil aliud rectae uoces sūt,  
Alipidum cogita tenuem, & stridulam uocem, quo sit notabilior, subinde exprimētem,  
nec unq̄ tacentem, nisi dum uellit alas, & alium pro se clamare cogit. Iam librare uarias  
exclamatiōes, & ꝑ botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores, mercem  
suam quadam & insignita modulatione uendētes. O te, inquis, ferreum, aut sūrdum, cui  
mens inter tot clamores, tam uarios, tam dissonos, constat, cum Chryſippum nostrū assū  
dua salutatio perducit ad mortem. At mehercule ego istum fremitum non magis curo,  
q̄ fluctum aut deiectum aquae, q̄ uis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam ur-  
bem suam transferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi uox  
auocare uidetur, q̄ crepitus. Illa enim animū adducit, hic tantum aures implet ac uerbe  
rat. In his quae me sine auocatione circūstrepunt esse das transcurrentes pono, & fabrum

falsi plus

falsi botula  
ri exduſtu-  
larum.

\*

\*

Inquinum, & Serrarium uicinū, aut hunc qui ad metam sudatē tabulas experitur, &  
tibus, nec cantat, sed exclamat, etiam molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde  
uox acerbissima remigibus modos dantem. Animū nō cogo sibi inertū esse, nec auo-  
cari ad externa, omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se nō  
rixentur cupiditas & timor, dum auaricia luxuriaq̄ non disſideant, nec altera alterā ue-  
xet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? Omnia noctis erāt  
tacita composita quiete, falsum est, nulla placida quies est, nisi quam ratio cōposuit. Nox  
exhibet molestiam, non tollit, & sollicitudines mutat. Nam dormientium quoq̄ in som-  
nia tam turbulenta sunt, q̄ dies. Illa tranquillitas uera est, in quam bona mēs explicatur,  
aspice illum cui somnus laxae domus silentio quaritur, cuius aures ne quis agitet sonus,  
omnis feruorum turba conticuit, & suspensum, accedentium propius, uespigium ponit.  
Huc nempe uersatur atq̄ illuc. Somnū inter aegritudines leuē captans, quae nō audit, au-  
diſse se quaritur. Quid in causa putas esse? animus illi obſtrepit, hic placandus est, huius  
compeſcenda est seditio, quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus. Inter-  
dum quies inquieta est. Et ideo ad rerum actus exercitandi ac tractatione bonarum ar-  
tium occupandi sumus, quoties nos male habet inertia sui impatientis. Magni imperato-  
res cum male parere militem uident, aliquo labore compeſcunt, & expeditionibus deti-  
nent. Nunq̄ uacat laſciuire districtis. Nihilq̄ tam certum est, q̄ ocn̄ uitia negotio discu-  
ti. Sape uidemur tedio rerum ciuiliū, & infelicis atq̄ ingratae stationis poenitentia fe-  
cessisse, cum in illa latebra, in quā nos timor & lassitudo coniecit, interdū recrudiscit am-  
bitio. Non

bitio. Non enim excisa desijt, sed fatigata, aut etiam abiecta, rebus parum sibi cedenti-  
bus. Idem de luxuria dico, quae uidetur aliquando cessisse. Deinde frugalitatem profes-  
sos sollicitat, atq̄ in media parsimonia uoluptates non damnatas, sed relictas petit, & q̄  
tunc eo uehementius, quo occultius. Oia enim uitia in aperto leuiora sunt, morbi quoq̄  
dum ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac uim suam proferunt. Et auari-  
ciam itaq̄ & ambitionem & caetera mala mentis humana, tūc perniciosissima scias esse,  
cum simulata sanitate subsidunt. Ocioſi uidemur, & non sumus. Nam si bona fide sum⁹,  
si receptui cecinimus, si speciosa contēpsimus, ut paulo ante dicebam, nulla res nos a-  
uocabit, nullus hominum auiumq̄ concentus interrūpet cogitationes bonas, solidasq̄  
& iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad uocē ex ac-  
cidētī erigitur, habet intus aliquid sollicitudinis, & habet aliquid cōcepti pauoris, quod  
illum curiosum facit, ut ait Vergilius noſter, Et me quem dudum nonnulla iniecta mo-  
uebant tela. Neq̄ aduerso glomerati ex agmine Grai. Nunc omnes terrent aures, sonus  
excitat omnis. Suspensum, & pariter comitiq̄ oneriq̄ timentē. Prior ille sapiens est quē  
nō tela uibrantia, nō arietata in arma agminis densi, non urbis impulsae fragor, territat,  
hic alter imperitus est, rebus suis timet, ad omnem crepitum expauescens, quem una  
qualibet uox pro fremitu accepta deiecit, quem motus leuissimi exanimant, timidum il-  
lum sarcinae faciunt, quemcūq̄ ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portā-  
tibus, uidebis illum comitiq̄ oneriq̄ timentem. Tunc ergo te scito esse cōpositum, cū  
ad te nullus clamor pertinebit, cum te nulla uox tibi excutiet. Non si blandietur, non si  
minabitur, non si inani sono uaria circūstrepit. Quid ergo, non aliquando commodius  
est, & carere cōuicio? fateor, Itaq̄ ego ex hoc loco migrabo, & experiri & exercere me  
uolens. Quid necesse est diutius torqueri, cum tam facile remedium Vlyxes etiam ad-  
uersus Sirenas inuenit. Vale.

Alii socijs

EPISTOLA LVIII. De reditu suo ad Neapolitanam ciuitatem.

Et quod non timor, sed horror cadit in sapientem, & quod anima  
hominis corporis angustijs teneri non potest.

**C**VM a Bais deberem Neapolim repetere, facile credidi tempeſtatem esse, ne  
iterum nauem experirer, Et tantum luti tota uia fuit, ut possem uideri nihilo-  
minus nauigasse, totum athletarum fatum mihi illo die perpetuandum fuit.  
Ceromate nos Aphe excepit in Crypta Neapolitana, nihil illo carcere lōg⁹,  
nihil illis faucibus obscurius, quae nobis praestant, nō ut nos ꝑ tenebras uideamus, sed ut  
ipsas. Caeterum etiam si locus haberet lucem, puluis auferret, in aperto quoq̄ res grauis  
& moleſta. Quid illic ubi in se uolutatur, & cum sine ullo spiramēto sit inclusus, in ipsos  
a quibus incitatus est recidit, duo incōmoda inter se contraria simul pertulimus, quia  
eadem uia, eodem die, & luto, & puluere laborauimus, aliquid tamen mihi illa obscuri-  
tas, quod cogitare dedit. Sensi quendam iſtum animi, & sine metu mutationem, q̄  
insolita rei nouitas simul ac ſceditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multū  
ab homine tollerabili, nedum a perfecto absum, sed de illo in quē uis fortuna perdidit.  
huius quoq̄ ferietur animus, mutabitur color. Quaedam enim sunt mi Lucili, quae nul-  
la uirtus effugere potest, ammonet illam natura mortalitatis suae. Itaq̄ & uultū adducet  
ad tristiciam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si uastam altitudinē in crepidine eius  
constitutus despexerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis ratio-  
ni. Itaq̄ fortes quidam & paratissimi fundere suum sanguinem, alienum uidere non pos-  
sunt, quidam ad uulneris noui, quidam ad ueteris, & purulenti tractationē inſpectio-  
nemq̄ succidunt & liquuntur animo. Alij gladium facillius recipiunt, q̄ uident. Sensi er-  
go (ut dicebam) quandam non quidem perturbationem, sed mutationem. Rurſus ad pri-  
mum conspectum reddita lucis, alacritas incogitata redijt & inuisa. Illud deinde meū  
loqui cepi, q̄ in epte quaedam magis ac minus timeremus, cum omnū idem finis esset.  
Quid em̄ interest utrum supra aliquem uigilariū uat, an mons, aut turris, nil inuenies.  
Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, q̄ uis utraq̄ mortifera aequae sit, adeo non  
effectus, sed efficientiam timor ſpectat. Nunc me putas de Stoicis dicere, qui existimāt  
animam hominis magno pondere extriti permanere non posse, & statim spargi, quia

Alii in iussa

x non

non fuerit illi exitus liber. Ego uero non facio. Qui hoc dicunt uident mihi errare, quæ admodum flamma non potest opprimi, nam circa id diffugit, quo urgetur. Quemadmodum aer uerbere aut ictu non leditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui cessit refunditur. Sic animus qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suæ per ipsa quibus præmitur erumpit. Quomodo fulmini etiã cum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus, sic animo qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaque de illo querendum est, an possit immortalis esse, hoc quidem certum habet, si superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse perire, propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas, cum exceptione est. Nec quicquam noxium aeterno est. Vale.

Libri septimi epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECÆ AD LVCILIVM EPI-  
STOLARVM LIBER OCTAVVS.

EPISTOLA LVIII. De multiplici diuisione rerum ubi exemplo Platonis ostendit qualiter parsimonia ad senectutem ducat.



**Q**VANTA uerborum nobis paupertas, immo ægestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, cum forte de Platone loquar, remur, quæ nomina desiderarent nec haberent, quædam uero cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in ægestate fastidium? hunc quæ grati Oestrum uocant pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem, Asylum nostri uocabant, hoc Vergilio licet credas. Est lucus silari iuxta lictibus, quæ uiuentem, plurimum alburnum uolitantem cui nomen alylo Romanum, Oestrum Græci uertere uocantes. Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis Diffugiunt armata, puto in telligisti istud uerbum interisse, ne te longe differam, quædam simplicia in usu erant, sicut cerneret ferro inter se dicebant. Idem Virgilius hoc probabit tibi. Stupet ipse latinus, Ingentis genitis diuersis partibus orbis Inter se coisse uiros, & cernere ferro, quod nunc de cernere dicimus. Simplicis illius uerbi usus amissus est. Dicebant antiqui si iussio, id est, si iussio, hoc nolo mihi credas, sed fideli Vergilio. Cætera qua iussio mecum inferat arma. Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendat quantum tempus apud grammaticeum perdidierim, sed ex hoc intelligas, quantum apud Ennium & Actium uerborum, situs occupauerit, cum apud hunc quoque qui quotidie excutit, aliqua nobis subducta sint. Quid, inquis, sibi ista uult preparatio, quo spectat? non celabo te, cupio si fieri potest propitius auribus tuis, quid sentiam dicere. Sin minus, dicam & iraris. Cicerone autorem huius uerbi habeo, puto locupletem. Si recentior quæris, Fabianum disertum & eloquentem, orationis etiam ad nostrum fastidium, nitidæ. Quid enim fiet mihi Lucili? quomodo dicet uisa res necessaria natura continens fundamentum omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc uerbo uti, nihilominus dabo operam, ut ius a te datum parcissime exerceam, fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, cum ecce id nullo modo latine exprimere possim? propter quod linguæ nostræ conuictum feci, magis damnabis angustias Romanas, si scieris unam syllabam esse quam mutare non possim, quæ hæc sit quæris? τὸ ὄρον duri tibi uideor ingenij, in medio posita posse sic transferri, ut dicam, quod est, sed multum interesse uideo, cogor uerbum per uocabulo ponere. Sed id si necesse est ponam, quod esset. Sex modis hoc a Platone dici amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicauero, esse aliquid genus & speciem. Nunc enim primum illud genus quarimus, ex quo cætera species suspensæ sunt, a quo nascatur omnis diuissio, quo uerba comprehensa sunt. Inuenietur autem si ceperimus singula recolligere. Sic enim perdecemur ad primum, homo species est ut Aristoteles ait. Equus species est, canis est species, ergo commune aliquod querendum est his omnibus uinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat, hoc quid est? animal, ergo genus esse coepit omnium horum, quæ modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed quædam quæ animam habent non sunt animalia. Placet enim satis & arbutus animam inesse. Itaque & uiuere illa & mori dicimus, ergo animantia superiora tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt & lata. Quædam anima continent, ut

ali. elegantè

ali. sed id necesse est ponam quod est.

Ali. trectrologere.

rent, ut saxa. Itaque aliquid erit animantibus antiquius scilicet corpus, hoc sic diuidam, ut dicam corpora omnia, aut animata esse, aut inanimata. Etiam nunc est aliquid superius, quam corpus. Dicimus enim quædam corporalia esse, quædam incorporalia, quid ergo erit ex quo hæc diducantur? Illud cui nomen modo parum proprium imposuimus, quod est. Sic enim in species fecabit, ut dicamus, quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, & (ut ita dicam) generale. Cætera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est. Habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos, Parthos, Colchos, Coluros, albos, nigros, flauos, habet singulos, Caronem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit, quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet, initium rerum est, omnia sub illo sunt. Stoici uolunt superponere huic etiam aliud genus magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum merito primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuido, ut sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quod diuido, ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimata. Rursus animantia quæ admodum diuido, ut dicam, quædam animam habent quædam tantum animam, aut sic, quædam imperium habent, incedunt, transeunt, quædam solo affixa, radicibus aluntur & crescunt. Rursus animantia in quas species seco: aut mortalia sunt, aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam uidetur, sed quare uideatur subijciam. In rerum (inquiam) natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliqua imaginem coepit, quæuis non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promissum reuertor, quomodo quæcumque sunt in sex modos Plato partiatur. Primum illud quod est, nec uisum, nec tactum, nec ullo sensu comprehenditur. Cogitabile est, quod generaliter est, tanquam homo generalis sub oculos non uenit, sed specialis uenit, ut Cicero & Cato animal non uidetur, sed cogitatur, uidetur autem species eius equus & canis. Secundum ex his quæ sunt ponit Plato, quod eminent & exuperat omnia, hoc habet per excellentiam esse, ut poeta communiter dicitur, omnibus enim uersus facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in unius notam cessit. Homerum intelligas cum audieris poetam. Quid ergo, hoc est deus scilicet, maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum quæ proprie sunt, innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sunt interrogas propria? Plato Ideas uocat, ex quibus omnia quæ sunt fiunt, & ad quas cuncta formantur. Hæc immortales, immutabiles, inuolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse uideatur audi. Idea est eorum quæ naturaliter fiunt exemplar aeternum. Adijciam definitionem interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picture tuæ habeo, ex quo caput aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quæ docet & instruit facies a qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcumque fieri ab illa debet exprimitur. Quartum locum habebit idos. Quid sit hoc idos attendas oportet, & Platoni imputes non mihi hanc rerum difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante picture imaginem utebar. Ille cum reddere Vergilium coloribus uellet, ipsum intuebatur, Idea erat Vergilij facies futuri operis exemplar, ex hac quod artifex trahit & operi suo imposuit idos est. Quid inter sit queris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta & operi imposta. Alteram artifex imitatur, altera facit. Habet aliquam faciem statua, hæc est idos, habet aliquam faciem exemplar ipsum quod intuens opifex, statua figurauit, hæc Idea est. Est etiam nunc (si aliam desideras distinctionem) idos in opere est, Idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum quæ communiter fiunt, hæc incipiunt ad nos pertinere, hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum est quæ quasi sunt tanquam inane, tanquam tempus, quæcumque uidemus aut tangimus, Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat, fluunt enim & assidua diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiunt fluminum more, quicquid uidet currit cum tempore. Nihil ex his quæ uidemus manet. Ego ipse dum loquor mutari ista mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus. In idem flumen

Ali. de his scilicet

Idea plantæ.

Idos

In idem flumen bis descendimus & non descendimus

bis descendimus, & non descendimus. Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est, hoc in amne manifestius est, quod in homine. Sed nos quoque non minus uelox cursum praeruehit, & ideo admiror dementia nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque nequando moriamur, cum omne momentū, mors prioris habitus sit, uis tu timere ne semel fiat quod quotidie fit: De homine dixi, fluida materia & caduca, & omnibus obnoxia causis. Mundus quoque aeterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet. Quamuis enim omnia in se habeat quae habuit, aliter habet, quod habuit, ordinem mutat. Quid, inquis, ista subtilitas mihi proderit? si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille celator oculos diu intentos, ac fatigatos, remittit atque auocat, & (ut dici solet) pascit, sic nos animū aliquando debemus relaxare, & quibusdam oblectamentis reficere, sed ipsa oblectamenta opera sint, ex hijs quoque si obseraueris inuenies quod possit fieri salutare. Hoc ego mihi Lucili soleo facere ex omni natione (etiam si a philosophia longissime auersa esset) uere aliquod conor, & utile efficere, quid de istis capiā quae modo tractauimus? remoris a reformatione morū, quomodo meliorem me facere Ideae Platonicae possunt. Quid ex istis traham, quod cupiditates meas comprimam? uel hoc ipsum quod omnia ista quae sensibus seruiunt, quae nos accendunt & irritant, negat Plato ex hijs esse quae uere sint, igitur ista imaginaria sunt, & ad tempus aliquam faciem ferunt, nihil horum stabile nec solidum est, & nos tamen cupimus tanquam semper futura, ac semper habituri, imbecilli fluidique per interualla constituimus. Mittamus animum ad illa quae aeterna sunt, miremur in sublime uoluitantes rerum omnium formas, deumque inter illa uersantem, & hoc prouidentem, quemadmodum quae immortalia facere non potuit (quia materia prohibebat) defendat a morte, hac ratione uitium corporis uincat: Manent enim cuncta non quia aeterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis, immortalia tutorem non egerunt. Hac conseruat artifex, fragilitatem materiae uis sua uincens. Contemnunt omnia quae adeo praeciosa non sunt, ut an sint omnino, dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundū ipsum non minus mortalem, quam nos sumus, prouidentia periculis eximit. Potest ne aliquatenus nostra quoque prouidentia longiorem prorogare huius corporis sculo moram, si uoluptates quibus pars maior perij potuerimus regere & coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentia protulit. Erat quidem corpus ualidum ac forte fortitū, & illi nomen lattitudo pectoris fecerat, sed nauigationes ac pericula multum detraxerunt uiribus, parsimonia tamē & eorum quae auiditatem euocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis perito Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit, & annum unum atque octogesimū impleuit sine ulla deductione. Ideo Magi qui forte Athenis immolarunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia cōsumasset perfectissimū numerum quem nouem nouies multiplicata componunt. Non dubito quin paratus esset paucos dies ex ista summa & sacrificium remittere. Potest frugalitas producere senectutem, quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem, iucundum esse esse secum quam diutissime, cum quis se dignum quo frueretur effecit. Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non operiri, sed manu facere. Prope est a timente, qui fatum signis expectat, sicut ille ultra modū deditus uino est, qui amphoram exsiccat & fecē quoque exsorbet. De hoc tamen quaeramus, pars summa uita, utrum fex uitaē hac sit, an liquidissimum ac purissimū quiddam, si modo mens sine iniuria est, & integri sensus animum iuuant, nec defectum & praemortuum corpus est. Plurimū enim refert uitam aliquis extendat an mortem, at si inutile ministerijs est corpus, quidni oporteat educere animum laborantem, & fortasse paulo antequam debet facienda est, ne cum fieri debeat facere non possis, & cum maius periculum sit male uiuendi, quam cito moriendi, Stultus est qui non exigua temporis mercede magna rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit. Multis iners uita sine usu iacuit sui. Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex uita perdidisse, quamuis finienda? Noli me inuitus audire tanquam ad te iam pertineat ista sententia. Sed quid dicam aestima, non relinquam senectutem, si me totum mihi referuabit. Totum autem ab illa parte meliore, at si coeperit concutere mentem, si partes eius conuelleret, si mihi non uitam

Alit. i fumes.

Alit. i Sic  
Alit. prodiuit

non uitam reliquerit, sed animam, profliam ex aedificio putrido ac ruenti. Morbum mor te non fugiam dicitur sanabilem, nec officientem animo, non afferam mihi manus propter dolorem, sic mori, uinci est. Hunc tamē si sciero perpetuo mihi esse patendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est, ad omne propter quod uiuitur. Imbecillus est & ignauus, qui propter dolorem moritur. Stultus, qui doloris causa uiuit. Sed in longum exeo, Est praeterea materia quae ducere diē possit. Et quomodo finem uitae imponere poterit, qui epistola non potest: Vale ergo, quod libetius quam moris moras lecturus es. Vale.

EPISTOLA LX. De uero & inani gaudio. Et quomodo sapientem oporteat in periculo huius uitaē semper esse uirtibus communitum.

Magnam ex epistola tua percepi uoluptatem, permittite enim mihi uti uerbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam reuoca, uitium esse uoluptatē credimus. Sit sane, ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hylarem affectionem. Scio, inquam, & uoluptatem (si ad nostrum alium uerba dirigimus) rem infamem esse, & gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis uirtibusque fidens, uulgo tamē sic loquimur, ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu uxoris percepisse, quae adeo non sunt gaudia, ut saepe initia futurae tristitiae sint. Gaudio autem iunctum est non desinere, nec in contraria uerti. Itaque cum dicat Vergilius noster. Et mala mentis gaudia, diserte quidē dicit, sed parum proprie, nullum enim malum gaudium est, uoluptatibus hoc nomen impositum, & quod uoluit expressit, significauit enim homines malo suo latos, tamen ego non in merito dixeram, coepisse me magnam ex epistola tua uoluptatem. Quāuis enim ex nomine ista causa imperitus homo gaudet, tamen affectum eius impotentem, & in diuersa statim inclinaturum uoluptatem uoco, opinione falsi boni immoderatum & immodicam. Sed ad propositū reuertar, audi quid me in epistola tua delectauerit, habes uerba in potestate, non effert te oratio, nec longius quam destinasti trahit. Multi sunt qui ad id quod non proposuerant scribere, alicuius uerbi decore placentis uocentur, quod tibi non euenit, pressa sunt omnia & rei aptata, loqueris quantum uis, & plus significas quam loqueris, hoc maioris rei indicium est, apparet animum quoque nil habere superuacui, nil tumidi. Inuenio tamen translationes uerborum, ut non temerarias ita non indecoras. Ita quae periculum sui fecerint. Inuenio imagines quibus si quis nos uti uetat, & poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi uidetur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio, illi qui simpliciter & demonstranda rei causa eloquebantur. Parabolis referit sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa quae poetis, sed ut imbecillitatis nostrae adminicula sint, & ut discentem in rem praesentem adducant. Sextium ecce cum maxime lego uirum acrem, Graecis uerbis, Romanis moribus philosophantem, mouit me imago ab illo posita, ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnae paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet, omnes uirtutes suas undique expandat, ut ubicumque infestis aliquid oritur, illic parata praesidia sint, & ad nutum regentis sine tumultu respondeant, quod in exercitibus his quos imperatores magni ordinant fieri uidemus, ut imperiū ducis simul oēs copiae sentiant, sic dispolite ut signum ab uno datum, peditem simul equitemque percurrat, hoc aliquanto magis necessarium esse nobis. Sextius ait, Illi enim saepe hostem timere sine causa, tutissimumque illis iter, quod suspectissimū fuit. Nil stulticia pacatum habet. Tā superne illi metus est, quam infra. Vtrumque trepidat latus. Sequuntur pericula & occurrunt, ad omnia pauet, imparata est, & ipsis terretur auxilijs. Sapiens autem ad omnem incursum munitus, & interritus, non si paupertas, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa, non multa alligant, multa debilitant, diu in istis uitijs iacuimus, elui difficile est. Non enim inquit, nati sumus, sed infecti, ne ab alia imagine ad aliam trāseamus, hoc quaeramus, quod mecum

Alit in diuer  
sum statumAlit in diuer  
sum statum

Alit intentus

sape dispicio, quid ita nos stulticia tam pertinaciter teneat, primo quia non fortiter illa repellimus, nec toto ad salutem impetu nitimur, deinde quia illa quae a sapientibus uis reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus, leuiterque tam magna rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis quantum satis sit, aduersus uitia discere, qui quantum a uitis uacat discit? Nemo nostrum in altum descendit, summa tantum decerpimus, & exiguum temporis impendisse philosophia, satis abundeque occupatis fuit. Illud praecipue impedit, quod cito nobis placemus, si uenimus qui nos bonos uiros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Non sumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine pudore congescit, tanquam debitum prendimus, optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur, cum sciamus illos saepe multa mentiri, adeo quoque indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis supplicij audit. In rapinis liberalissimum. In ebrietatibus ac libidinis temperatissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India uagaretur, & gentes ne finitimis quidem satis notas, bello uastaret, in obsidione cuiusdam urbis dum circuit muros, & imbecillissima moenium quarit, sagitta ictus diu persistit in re, & incepta agere perseverauit. Deinde cum represso sanguine sicci uulneris dolor crederet, & erus equo suspensum paulatim obtortuisset, coactus abistere, omnes, inquit, iurant me louis esse filium, sed uulnus hoc hominem esse me clamat. Idem faciamus, pro sua quaeque portione adulatio infatuat, dicamus, uos quidem me dicitis prudentem esse. Ego autem uideo quam multa inutilia concupiscam, noctura optem, ne hoc quidem intelligo, quod animalibus facietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus, quantum capiam adhuc nescio. Iam docebo, quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille est qui plenus gaudio, hilaris & placidus incocusus, cum dijs ex pari uiuit. Nunc ipse te conule, si nunquam mortuus es, nulla spes animi tui futuri expectatione sollicitat, si per dies noctesque par & aequalis animi tenor erecti & placenti sibi est, puenisti ad humanam boni summam. Sed si appetis uoluptates, et undique, & omnes, scito tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio deesse, ad hoc cupis peruenire, sed erras, qui inter diuitias illuc uenturum esse te speras. Inter honores idem gaudium, inter sollicitudines quaeris. Ista quae sic petis tanquam datura laticiam ac uoluptate, causa dolorum sunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnamque consequatur ignorant. Ille ex conuiujs & luxuria. Ille ex ambitione & circumsusa clientum turba. Ille ex amica, alius ex studiorum liberalium uana ostentatione, & nihil sonantibus literis, omnes istos oblectamenta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas quae unius horae hilarem insaniam, longi temporis tedio, pensat, sicut plausus & acclamationis secundae fauor, qui magna sollicitudine & partus est, & expiandus, hoc ergo cogita, hunc esse sapientiae effectum, hanc gaudij qualitatem. Talis est sapientis animus, qualis mundi status super lunam, semper illic serenus est. Habes ergo quare uelis sapientem esse, quia nunquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex uirtutum conscientia, non potest gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo inquis? stulti ac mali non gaudent? Non magis quam praedam noctu leones. Cum fatigauerunt se uino & libidinibus. Cum illos non inter uicia defecit. Cum uoluptates angusto corpori ultra quam capiebat igestae suppurae re coeperunt, tunc exclamant miseri Vergilianum uersum illum, Naquam ut supremam falsam inter gaudia noctem Egerimus. Nosti eos totam luxuriari noctem inter falsa gaudia. Et quidem tanquam supremam agunt. Illud gaudium (quod deos deorumque amulos sequitur) non interrumpitur non desinit, desineret, si sumptus esset aliunde. Sed quia non est alieni meritis, nec arbitrij quidem alieni est. Quod non dedit fortuna, non eripit. Vale.

EPISTOLA LXI. Quod a parentibus filijs superfluitas ambiciosa potatur. Et de continentia.

**Q**uareor, litigo, irascor. Et iam nunc optas quod tibi optauit nutritrix tua, aut pedagogus, aut mater. Nondum intelligis quantum mali optauerint. O quam inimica nobis sunt uota nostrorum, eo quidem inimiciora, quo cessere felicitas. Iam non admiram si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur, inter execrationes parentum

Vide num fanatibus sit legendum.

Alit. uina. alt. i. superare

nes parentum creuimus, exaudiunt dii quoque nostram pro nobis uocem gratitiam, quousque poscemus aliquid deos, quasi ita nondum ipsi alere nos possimus? Quam diu satiationem implebimus magnarum urbium campos? quam diu nobis populus metet, quam diu unius mense frumentum multa nauigia, & quidem non ex uno mari, subuehent? Taurus paucissimi morum iugerum paucum impletur, una sylua elephantis pluribus sufficit, homo & terra paucitur & mari. Quid ergo? tam insatiabile nobis natura alium dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut uastissimorum edacissimorumque animalium uuiditate uinceremus? Minime nostrum est enim quod naturae datur, paruus illa dimittitur. Non fames nobis uentris quantulum magno constat, sed ambitio, hos itaque (ut ait Salustius) uentri obedientes, animam suum loco numeremus non hominum, quosdam uero ne animalium quidem, sed mortuorum uiuitis, qui se uitur. Qui uero latitant & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditio, horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas, morte sua antecesserunt. Vale.

EPISTOLA LXII. Quomodo sapiens semper debet habere animum paratum ad mortem.

**D**efinamus quod uolumus uelle. Ego certe id ago senex, eadem uelle, quae puer uoluit. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio, imponere ueteribus malis finem. Id ago, ut mihi instar totius uitae, sit dies. Nec me hercules tanquam ultimam rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse etiam ultimus possit, hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam maxime scribentem mors euocatura sit, paratus exire sum, & ideo fruor uita, quia quam diu futurum hoc sit non minus penso, ante senectutem curauit, ut bene uiuerem, in senectute, ut bene moriar, bene autem mori est libenter mori. Da opera, ne quid unquam inuitus facias, quicquid necesse futurum est, repugnanti non uolenti necessitas est, in uolente necessitas non est. Ita dico qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iustius aliquid facit, miser est, sed qui inuitus nocet. Itaque sic animum componam, ut quicquid res exiget, id uelimus, & in primis finem nostri sine tristitia cogitemus, ante ad mortem quam ad uitam praeparandi sumus. Satis instructa uita est, sed nos instrumento eius audi sumus, deesse nobis aliquid uidetur & semper uidebitur, ut satis uixerimus, nec anni nec dies faciunt, sed animus. Vixi Lucili charissime quantum satis erat, morte plene expecto. Vale.

EPISTOLA LXIII. De simulata & affectata occupatione. Et quod breuissima ad diuitias pro diuitiarum contemptum uia est.

**M**entiantur qui sibi ob stare ad studia liberalia turbam negotiorum uideri uolunt. Simulant occupationes & augent, & ipsi se occupant, uacuum mihi Lucili uacuum, & ubicunque sum, meus sum. Rebus enim non me trado sed commodo, nec conlector perdendi temporis causas, & quocunque constiti loco ibi cogitationes meas tracto, & aliquid in animo salutare conuerso. Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco, nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregauit, aut causa ex officio nata, sed cum optimo quoque sum, ad illos in quocunque loco, in quocunque saeculo fuerint, animum meum mitto. Demetrium uirorum optimum mecum circumfero, & relictis conchiliatis cum illo seminudo loquor, illum admirror, quidni admirer? uidi nihil ei deesse. Contemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest, breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est. Demetrius autem noster sic uiuit, non tanquam contempserit omnia, sed tanquam alijs habenda permiserit. Vale.

EPISTOLA LXIII. Consolatio de amico defuncto.

**M**olesto sero decessisse Flaccum amicum tuum, plus tamen aequo dolere te nolo, illud, ut non doleas, uix audebo exigere, & esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget, nisi iam multum supra fortunam elato? Illud quoque ista res uellicabit, sed tantum uellicabit. Nobis autem ignosci potest, plapis ad lachrymas, si non nimis decurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amici amico, nec fluant, lachrymandum est, non plorandum, dura tibi lege uideor ponere, cum poetarum graecorum

maximus ius flendi dederit in unum dumtaxat diem, cum dixerit etiam Nioben de cibo cogitasse. Quæris unde sint lamentationes, unde immodici fletus, per lachrymas argu-  
 menta deyderij quærimus, & dolorê nõ sequimur, sed ostendim⁹. Nemo tristis sibi est.  
 O infelicem Iulitiam, Est aliqua & doloris ambitio. Quid ergo, inquis, obliuiscar ami-  
 ci: breuem illi apud te memoriam promittis, si cum dolore manſura est. Iam istam fran-  
 tem ad risum qualibet fortuita res transferet. Non differo in longius tempus, quo desi-  
 derium omne mulcetur, quo etiam acerrimi luctus recidunt. Cum primum te obser-  
 uare desieris, imago ista tristitiæ discedet. Nunc ipse custodis dolorem tuum, sed custo-  
 dienti quoq; elabif, eoq; citius, quo est acrior, definit. Id agamus ut iucunda fiat nobis  
 amissorum recordatio. Nemo libenter ad id redit, quod nõ sine tormento cogitaturus  
 est. Sic tamen illud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis morsu, amissorum quos amaui  
 mus nomen occurrat. Sed hic quoq; morsus habet suam uoluptatem. Nam ut dicere so-  
 lebat Attalus noster. Sic amicorũ defunctorum memoria iocunda est, quomodo in ui-  
 no nimis ueteri ipsa nõ amaritudo delectat, quomodo poma quædam sunt suauiter a-  
 spera, cum uero interuenit spacium, omne quod angebat extinguit, & pura ad nos uo-  
 luptas uenit. Si illi credimus, amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui est, eorũ  
 qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quadam iuuat. Quis autem negauerit hæc  
 acria quoq; & habentia austeritatis aliquid, stomachum excitare? Ego non idem sentio  
 mihi amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blanda est, habui enim illos tanquam  
 amissurus, amisi tanq; habeam. Fac ergo mi Lucili quod tuam æquitatem decet. Define  
 beneficiũ naturæ male interpretari, abstulit, sed dedit. Ideo amicis aide fruamur, quia  
 quædiu contingere hoc possit, incertum est. Cogitemus quam sæpe illos reliquerimus,  
 in aliquam peregrinationem longinquã exituri, quam sæpe eodem morantes loco non ui-  
 derimus, intelligemus plus nos temporis perdidisse in uiuis, feras autẽ hos qui cum ne-  
 gligentissime amicos habeant, miserime lugent, nec amant quemq;, nisi perdididerint.  
 Ideoq; tũc effusus mœrent, quia uerent ne dubiũ sit an amaauerint. Sera iudicia affe-  
 sui relinquunt & quaerunt. Si alios habemus amicos, male de his & mœremur & existima-  
 mus, quia parum ualent in unius elati solatiũ. Si non habemus, maiore ipsi nobis iniuri-  
 am fecimus, quam a fortuna accepimus. Illa unum abstulit, nos quenquam nõ fecimus.  
 Deinde ne unum quidem nimis amaui, qui plusq; unum amare non potuit. Si quis di-  
 spoliatus, amissa unica tunica, complorare se malit, quam circumspicere quomõ frigus ef-  
 fugiat, & aliquid inueniat quo tegat scapulas, nonne tibi uideatur stultissimus? quem  
 amabas extulisti, quare quem ames, Satius est amicum reparare quam flere. Scio per-  
 tritum iam hoc esse quod adiecturus sum, non tamen ideo prætermittam, quia ab homi-  
 nibus dictum est, finem dolendi etiam qui consilio nõ fecerat, tempore inuenit. Turpis-  
 simum autẽ est in homine prudente, remedium mœroris, lassitudo mœrendi, malo re-  
 linquas dolorem quam ab illo relinquaris, & quam primum id facere desiste, quod si eti-  
 am uoles diu facere nõ poteris. Annum foeminis ad lugedum constituere maiores, nõ  
 ut tam diu lugerent, sed ne diutius, uiris nullum legitimum tempus est, quia nullum ho-  
 nestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, uix retractis a rogo, uix a cadaue-  
 re reuullis, cui lachrymæ in totum mensem durauerint: Nulla res citius in odium uenit,  
 quam dolor, quia recens, consolationem inuenit, & aliquos ad se adducit, inueteratus  
 uero deridetur, nec immerito, aut enim simulatus, aut stultus est, hæc tibi scribo, is qui  
 Anneum Serenum charissimum mihi tam immodice fleui, ut (quod minime ue-  
 lim) inter exempla sim eorum quos dolor uicit, hodie tamen factum meum damno, &  
 intelligo maximam mihi causam, sic lugendi fuisse, quod nunquam cogitaueram mori  
 eum ante me posse, hoc unum mihi occorrebat, minorem esse & multo minorem, tan-  
 quam ordinem fata seruarent. Itaq; assidue cogitemus, tam de nostra quam omnium  
 quos diligim⁹, mortalitate. Tunc ego dicere debui, minor est Serenus meus, quid ad re-  
 ptinet: post me mori debet, sed ante me potest, quia nõ feci. Imperatũ me subito fortu-  
 na percussit, nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta, lege mortali hodie fieri põt, quic  
 quid unq; potest, Cogitemus ergo Lucili charissime cito nos eo puenturos, quo illũ per-  
 uenisse

uenisse meremus. Effortasse (si modo sapientium uera fama est, recipitq; nos locus ali-  
 quis) quem putamus perisse, præmissus est. Vale.

EPISTOLA. LXV. De efficacia sermonis boni uiri, & de augenda doctri-  
 na priorum, & eorum ueneratione.

**F**uisti hæri nobiscum. Potest quaeri, si hæri tantum? Ideo adieci nobiscum, me-  
 cum enim semper es, interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus  
 fieret, non hic qui erumpere ex lautorum culinis, & terrere uigiles solet, sed hic  
 modicus qui hospites uenisse significaret, uariis nobis sermo fuit, ut in conui-  
 uio, nullã rem usq; ad exitum adducens, sed aliunde de alio transiliens, lectus est deinde  
 liber Quinti Sextij Patris, magni (si quid mihi credis) uiri. Et (licet negent) Stoici, quan-  
 tum in illo (dij boni) uigoris est, quantum animi: hoc non in omnibus philosophis inue-  
 nies. Quorundam scripta darum habent tantum nomen, cætera exanguia sunt. Instatur  
 unt, disputant, caullantur. Non faciunt animum, quia non habent. Cum legeris Sextiũ  
 dices, uiuit, uiget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducia. In  
 quacunq; positione mentis sim (cum lego hunc) farebor tibi, libet omnes casus prouo-  
 care, libet exclamare. Quid cessas fortuna, congregere, paratum uides, illius animum  
 induo, qui quaerit ubi se experiatur, ubi uirtutem suam ostendat, Spumantq; dari pe-  
 cora inter inertia uotis Optat aprum, aut fuluum descendere mote leonem, libet aliquid  
 habere quod uincam cuius patientia exerceat. Nam hoc quoq; egregium Sextius ha-  
 bet, quod & ostendet tibi beatæ uitæ magnitudinem, & desperationem eius non faciet.  
 Scies illam esse in excelsis, sed uolenti penetrabilem, hoc quidem uirtus tibi ipsa præsta-  
 bit, ut illam admireris, & tamen speres, mihi certe temporis multum auferre solet con-  
 templatio ipsa sapientiæ. Non aliter illam intueor obstupescitq;, quam ipsum interim  
 mundum, quem sæpe tanquam spectator nouus uideo, ueneror itaq; inuenta sapientiæ,  
 inuentoresq; adire tanquã multorum hereditatem iuuat. Mihi ista acquisita, mihi labo-  
 rata sunt. Sed agamus bonum patremfamilia, faciamus ampliora quæ accepimus, mai-  
 or ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumq; re-  
 stabit, nec ulli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adhuc adiciendi. Sed  
 etiã si omnia a ueteribus inuenta sunt, hoc semp nouum erit, usus, & inuentorũ ab alijs  
 scientia & dispositio, puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. Non opus  
 est mihi alia quaerere, sed hæc tamen morbis & temporibus aptanda sunt, hoc asperitas  
 oculorum conleatur, hoc palpebrarum crassitudo tenuatur, hoc uis subita & humor a-  
 uertitur, hoc acuetur uisus. Teras ista oportet, & eligas tempus, adhibeas singulis modũ  
 animi remedia inuenta sunt ab antiquis, quomodo autem admoueant, aut quando, nõ  
 stri operis est quaerere, multum ægerunt qui ante nos fuerunt, sed nõ peregerunt. Suspi-  
 ciendi tantum sunt, & ritu deorum colendi. Quidni ego maiorum uirorum & imagines  
 habeam, incitamenta animi, & natales celebrem? Quidni illos honoris causa semper ap-  
 pellem: Quam uenerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus  
 generis humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem uidero aut prætorem,  
 omnia quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam.  
 Quid ergo? Marcum Catonem utrũq;, & Lelium sapietẽ, & Socratem cum Platone  
 & Zenone, Cleantemq; in animũ meũ sine dignatione summa recipiam: Ego uero il-  
 los ueneror, & tantis nominibus semper asurgor. Vale.

EPISTOLA. LXVI. De numero causarũ mundi secundum uarias senten-  
 tias, & quod humanus animus nõ hæc sed diuina perspectare debet.

**H**esternum diem diuisi cum mala ualitudine, ante meridianum illa sibi uen-  
 dicauit, post meridianum mihi cessit. Itaq; lectione primum tentauĩ ani-  
 mum. Deinde cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, immo per-  
 mittere, aliquid scripsi, & quidem intentius, quam soleo, dum cum mate-  
 ria difficili contendo & uinci nolo, donec interuenerunt amici qui mihi uim afferrent,  
 & tanq;

& tanquam agrum imperatorem coereret. In locum filii sermo successit, ex quo eam partē ad te perferā, quae in lite est, te arbitriū adduxim? plus negocij habes, q̄ existimas. Triplex causa est, dicitur, ut scis, Stoicis nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiā, materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autē id est ratio, materiā format, & quocūq; uult uerū, ex illa uaria opera p̄ ducit. Esse debet ergo unde aliquid fiat. Deniq; a quo fiat, hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturae, itaq; quod de uniuerso dicebam, ad haec transferre quae ab homine faciendae sunt. Statua & materiā habuit quae pateret artificium, & artificem qui materiae daret faciem, ergo in statua materia aē fuit, causa artifex. Eadem conditio rerū omnium est, ex eo constat quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet unā causam esse, id quod facit. Causam Aristoteles putat tribus modis dici, prima, inquit causa est ipsa materia sine qua nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia forma, quae unicuique operi imponitur, tanq̄ statuae. Nam hanc Aristoteles idos uocat, Quarta quoq; inquit, his accedit, p̄ positum totius operis. Quid sit hoc, aperiam. Aes prima statua causa est, nunq̄ enim facta esset, nisi fuisset id ex quo funderet, ducereturue. Secunda causa artifex est, non potuisset enim aēs illud in habitū statuae figurari, nisi accessissent perita manus. Tertia causa est forma, neq; enim statua ista Doriphoros aut Diadumenos uocaret, nisi haec illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendū propositū, nam nisi hoc fuisset, facta nō esset, quid est propositū? quod inuitalit artificē, quod ille secutus fecit, uel pecunia est hoc, si uenditurus fabricauit, uel gloria, si laborauit in nomē, uel religio, si donum templo parauit. Ergo & haec causa est propter quā fit, an nō putas inter causas faciendi operis numerandum, quo remoto factum nō esset? His quinta Plato adicit exemplar, quam ipse Idem uocat, hoc est eam ad quod respiciens artifex, id quod destinabat efficit, nihil autem ad rem pertinet, utrū foris habeat exemplar, ad quod referat oculos, an intus, quod ibi ipse concepit & posuit haec exemplaria rerū omnium deus intra se habet, numerofq; uniuersorum quae agenda sunt & modos mente complexus est, plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles, itaq; homines quidē pereunt. Ipsa autē humanitas ad quam homo effingitur, p̄manet, & hominibus laborantibus intereuntibus, illa nil patitur. Quinque ergo causae sunt, ut Plato dicit. Id ex quo, id a quo, id in quo, id ad quod, id p̄pter quod. Nouissime id q̄ ex his est, tanq̄ in statua (quia de hac loqui cepimus) Id ex quo, aēs est. Id a quo artifex est, Id i quo, forma est, quae aptatur illi, Id ad quod, exemplar est quod imitatur is qui facit, id propter quod, facientis propositū est. Id quod ex istis est, ipsa statua, haec omnia mundus quoq; (ut ait Plato) habet, faciens hic deus est, ex quo fit, haec materia est, forma haec est habitus, & ordo mundi quē uidemus. Exemplar scilicet ad quod deus hanc magnitudinē operis pulcherrimū fecit, propositū propter quod fecit. Quæris quid sit propositum deo: Bonitas, Ita certe Plato ait, quae deo faciendū mundū causa fuit: bonus est, bona fecit, bona nulla cuiusquā boni inuidia est, fecit itaq; quam optimum potuit, fer ergo iudex sententiā, & pronūcia, quis tibi uerissimum uideatur dicere. Non quis uerum dicat. Id enim tam supra nos est, quam ipsa ueritas, haec quae ab Aristotele & Platone ponitur, turba causarum, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendit. Nam si quocūq; remoto quid effici non potest, id causa iudicant esse faciendū, pauca dixerunt, ponant inter causas tempus, nil sine tempore potest fieri, ponant locum, si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem, ponant motum, nil sine hoc nec fit nec perit, nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nūc primam & generalem causam quærimus, haec simplex esse debet. Nam & materia simplex est. Quærimus quid sit causa Ratio faciens, id est deus. Ita enim quæ nunc retuli, non sunt multa & singulae causae, sed ex una pendent, ex ea quae facit, formam dicitur causam esse, hanc imponit artifex operi, pars causa est, non causa. Exemplar quoq; non est causa, sed instrumentū causae necessariū. Sic necessariū est exemplar artificij, quō scalprū quō lima, sine his procedere ars nō potest, non partes tamē haec artis, aut causa sunt, p̄positū, inquit, artificis propter quod ad faciendū aliquid accedit, causa est, ut sit causa, nō est efficiens causa sed supueniens, haec autē innumerabiles sunt, nos de causa quærimus generali, illud uero nō pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totū mundū & consummatū opus causam

Causae sunt  
quatuor.

materia  
efficiens  
formalis  
finalis  
demerit  
res, in  
opite. 30.

magis uehementem  
causam  
6 his quae  
causae  
Ab. innume  
causae  
causae  
causae

opus causam esse, multum enim interest inter opus & causam operis, aut fer sententiā, aut (quod facilius in eiusmodi rebus est) nega tibi liquere, & nos reuerti iube. Quid te inquis, delectat tempus inter ista contere, quae tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt? Ego quidē priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus, & me prius serutor. Deinde hunc mundū, Ne hoc quidē tempus (ut existimas) perdo. Ista enim omnia si non concidantur, nec in hanc subtilitatem inutilem distrahantur, attollunt & leuant animū, qui graui sarcina pressus, explicari cupit, & reuerti ad illa quorū fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pena est, praemente illo urgetur, in uinculis est nisi accessit philosophia, & illum respirare rerum naturae spectaculo iussit, & a terrenis dimittit ad diuina, haec libertas eius est, haec euagatio, subducit interim se custodiae in qua tenet, & coe lo reficitur, quemadmodū artifices ex alicui rei subtilioris intentione quae oculos defatigat, si malignum & nō praclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populū ocium dedicata oculos libera luce delectant. Sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clusus, quoties potest apertum petit, & in rerum naturae contemplatione requiescit. Sapiens a seclatorq; sapientiae adheret quidē in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit & uelut sacramento ligatus hoc quod uiuit stipendium putat, & ita formatus est, ut illi nec amor uitae nec odium sit patiturq; mortalia, quāuis scias ampliora superesse. Interdices mihi inspectionem rerum naturae, ac toto abductum rediges in partem? Ego non quaram quae sint initia uniuersorum, quis rerū formator, quis omnia in uno meris, & materia inerti conuoluta discere uerit? Non quæris quis sit artifex huius mundi, qua ratione tanta magnitudo in legē & ordinem uenerit, quis sparsa collegerit, confusa distinxerit? nimia deformitate latentibus faciem diuiserit, unde lux tanta fundatur, ignis sit, an aliquid igne lucidius? Ego ista non quæram? ego nesciam unde descenderim? semel haec mihi uidenda sint, an saepe nascendum, quo hinc iturus sim? quae sedes expectet animā solutam legibus seruitutis humanae, uetas me caelo interesse, id est iubes me uiuere capite demisso? Maior sum & ad maiora genitus, quā ut mancipiū sim mei corporis, quod eiq; non aliter aspicio quā uinculum libertati meae circumdatū, hoc itaq; oppono fortunae, in quo resistat, nec per illud ad me ullum transire uulnus sino. Quicquid in me potest iniuriā pati, hoc est in hoc obnoxio domicilio, animus liber habitat, nunq; me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono, simulationem, nunq; in honorem huius corpusculi mentiar. Cum uisum fuerit distrahā cū illo societatem, & nunc cū haremus, non erimus equis partibus socij, animus ad se omne ius ducet. Contemptus corporis sui, certa libertas est. Ut ad propositū reuertat huic libertati multum conferat, & illa de qua modo loquabamur inspectio. Nempe uniuersa ex materia & ex deo constant. Deus ista temperat quae circūfusa rectorem sequuntur, & ducem, potentius autē est quod facit quod est deus, q̄ materia patiens dei, quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus, quod est illic materia, Id in nobis corpus est, Seruiant ergo deteriora melioribus, fortes simus aduersus fortuita, non cōtemiscamus iniurias, non uulnera, non uincula, nō age statē. Mors quid est? aut finis est, aut transitus, nec desinare timeo. Idem enim quod nō cepisse, nec transire, quia nusquam tam anguste ero. Vale.

Libri octauī epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER NONVS.

EPISTOLA LXXVII. Notat eos qui tres gradus honorū faciunt, dicens tantū unum bonum absolutum esse, scilicet uirtutē incapacem augmenti uel decrementi ex qua bona sunt paria.



LARANVM condiscipulum meum uidi post multos annos, non puto expectas ut adiciam senem, sed mehercules uiridem animo ac uigentem, & cum corpusculo suo colluctantem. Inique enim se natura gelit, & talem animum male collocauit, aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub quolibet cute

Ab. in una.



libet cute latere, uicet tamen omnia impedimenta, & ad cætera contemnenda a contem-  
ptu sui uenit. Errare mihi uisus est qui dixit, Gratius est pulchro ueniens e corpore uir-  
tus, nullo enim honestamento eget, ipsa ei magnum sui decus est, & corpus suum conse-  
crat. Certe Claranū nostrum cœpi intueri, formosus mihi uidetur, & tam rectus corpore  
quam est animo, potest ex casa uir magnus exire, potest & ex deformi humilique corpu-  
sculo, formosus animus ac magnus. Quosdam itaq; uidetur mihi in hoc natura tales ge-  
nerare, ut approbet uirtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos adere animos, fe-  
cisset, nunc quod amplius est facit, quosdam enim adit corporibus impeditos, sed nihil  
ominus pertrūpentes obstantia. Claranus mihi uidetur in exemplar aditus, ut scire pos-  
semus nō deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus orna-  
ri. Quauis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerūt,  
quos subinde egeram & ad te permittam, hoc primo die quasitum est, quomodo pos-  
sint tria bona esse, si triplex eorum conditio est: quædam (ut nostris uidetur) prima bo-  
na sunt, tanq; gaudium, pax, salus patriæ. Quædam secunda in materia infelici expressa,  
tanquã tormentorum patientia, & in morbo graui temperantia. Illa bona directo opta-  
mus nobis, hæc si necesse erit. Sunt adhuc tertia, tanquã modestus incessus & composi-  
tus, ac probus uultus, & conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista inter se tria,  
esse possint, cum alia optanda sint, alia auerfanda? Si uolumus ista distinguere, ad primū  
reuertamur, & confyderemus id quale sit, animus intuens uera, peritus fugiendorū, ac  
petendorū, non ex opinione, sed ex natura precia rebus imponens, toti se inserens mū-  
do, & in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibus-  
q; intentus, ex æquo magnus & uehemēs, asperis blandisq; pariter inuictus, neutri se for-  
tunæ submitbens, super omnia quæ contingunt acciditq; emens, pulcherrimus cum  
decore, cum uiribus sanus, ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat,  
quem nec attollant fortuita nec deprimant. Talis animi uirtus est, hæc eius facies, si sub  
unū ueniat aspectum, & semel tota se ostendat. Cæterum multæ eius species sunt, quæ  
pro uita uarietate & pro actionibus explicant, nec minor sit aut maior ipsa. Deceles-  
ce enim summū bonum non potest, nec uirtuti ire retro licet, sed in alias atq; alias quali-  
tates cōuertitur, ad rerum quas actura est habitum figurata, quicquid attingit, in simili-  
tudine sui adducit & cingit, actiones, amicitias, interdum domos totas, quas intrauit di-  
spoluit, conddecorat, quicquid tractauit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaq; uis  
eius & magnitudo ultra nō potest surgere, quando incrementum maximo nō est, nihil  
inuenies rectius recto, non magis q̄ uerius uero, quam temperato temperatus, omnis  
in modo est uirtus, modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat, non  
magis quam fiducia, aut ueritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? Nihil autē  
perfectum non erat, cui accessit, ergo ne uirtuti quidem cui si quid adici potest, defuit.  
Honestum quoq; nullam accessionem recipit, honestum est enim propter illa quæ retu-  
li. Quid porro decorum, & iustum, & legitimum, non eiusdem esse forma putas, certis ter-  
minis comprehensum. Crescere posse imperfectæ rei signum est, bonum omne in eas-  
dem cadit leges, iuncta est priuata & publica utilitas, tam me hercules, quã inseparabi-  
le est, laudandū petendumq;. Ergo uirtutes inter se pares sunt, & opera uirtutū, & omnes  
homines quibus illa contingere. Satorum uero animalium uirtutes, cū mortales sint, fra-  
giles quoq; caduacæq; & in certæ, exiliunt residuntq;, & ideo nō eodem precio aestiman-  
tur, quia una inducitur humanis uirtutibus regula, una enim est ratio recta simplexq;. Nihil  
est diuino diuinius, cœlesti cœlestius, mortalia minuūtur, cadunt, deteruntur, cre-  
sunt, exhauriūtur, implent. Itaq; illis in tam incerta forte inequalitas est. Diuinorū una  
natura est. Ratio autē nihil aliud est, quam in corpus humanū pars diuini spiritus mer-  
sa, si ratio diuina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne diuinum est.  
Nullum porro inter diuina discrimen est, ergo nec inter bona, paria itaq; sunt & gaudiū  
& fortis atq; obstinata tormentorum perpessio. In utroq; enim eadem est animi magni-  
tudo, sed in altero remissa & laxa, in altero pugna & intentata. Quid tu non putas pa-  
rem esse uirtutē eius qui fortiter hostium moenia expugnat, & eius qui obsidionem pa-  
tientissime sustinet. Et magnus Scipio qui Numantiã claudit & cōprimit, cogitq; inui-  
ctas manus

Alr. utraq;  
bona.

Alr. læta

ctas manus in exitium ipsas sui uerti, & magnus ille obsessorum animus, qui scit non esse  
clausum, cui mors aperta est, & in complexu libertatis expirat. Aequæ reliqua quoq; in-  
ter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, libertas, constantia, æquanimitas, toleratia, omni-  
bus enim istis una uirtus subest, quæ animū rectum & indeclinabilem præstat. Quid er-  
go? nihil interest inter gaudium & dolorem, inflexibilem patientiam? Nihil, quantum  
ad ipsas uirtutes, plurimum quantum ad illa, in quibus uirtus utraq; ostenditur. In altero  
nāq; naturalis animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor, itaq; media sunt  
hæc, quæ plurimū interualli recipiunt. Virtus in utraq; par est, uirtutem materia non mu-  
tat, nec peiorem facit dura & difficilis, nec meliorē hilaris & læta. Necesse est ergo æqua  
lia sint bona utraq; quia nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in  
illis cruciatibus, duo uero quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nā si quæ extra uir-  
tutem posita sunt, aut minuere illam, aut augere possunt, definit unum bonū esse, quod  
honestum est. Si hoc concesseris, omne honestum perit. Quare? dicam, quia nihil hone-  
stum est, quod ab inuito, quod a coacto fit: omne honestum uoluntarium est, admisce il-  
li pigriciam, quærelam, tergierationem, metū, quod habet in se optimū perdidit, sibi  
placere. Non potest honestum esse, quod non est liberum. Nam quod timer, seruit, ho-  
nestum omne securum est, tranquillum est. Si reculat aliquid, si complorat, si malum iu-  
dicat, perturbationem recipit, & in magna discordia uolutat. Hinc enim species recti uo-  
cat, illinc suspicio mali retrahit, itaq; qui honeste aliquid facturus est, quicquid opponitur,  
id etiam si incōmodum putat, malum nō putat, uelut ibi ens faciat. Omne honestū iniuf-  
sum, incoactumq; est, syncerum, & nullo malo mixtum. Scio quid mihi hoc loco respon-  
deri possit, hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse, utrum aliquis in gaudio sit, an  
in euleo iaceat, & tortorem suum lasset, poteram respondere quod Epicurus ait, Sapiē-  
tē si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum dulce est, & ad me nil p̄tinet, quid mi-  
raris? Si ego paria bona duo, alterius in gaudio positi, alterius inter tormenta fortissime  
stantis, cum quod incredibilius est) dicat Epicurus, dulce esse torqueri, & hoc respō deo  
plurimū interesse inter gaudium & dolorem. Si queratur electio, alterum petam, alterū  
uitabo. Illud secundum naturam est, hoc contra. Quādiu sic aestimantur, magno inter se  
dissident spacio. Cum uero ad uirtutem uentum est, utraq; par est, & quæ per læta pro-  
cedit, & quæ per tristia, nullum habent momentum uexatio & dolor, & quicquid aliud  
incōmodi est, uirtute enim obruitur. Quemadmodū minuta lumina claritas solis obfca-  
rat, sic dolores, molestias, iniurias, uirtus magnitudine sua elidit, atq; opprimit, & quocū-  
q; affulsit, ibi quicquid sine illa apparet, extinguitur, nec magis ulla portionem habent  
incōmoda, cum in uirtutem inciderint, q̄ in mari nimbis, hoc scias ita esse ad omne pat-  
chrum, uir bonus sine ulla cunctatione percurrat, stet illic licet carnifex, stet tortor atq;  
ignis, perseverabit, nec quid passurus, sed quid facturus sit aspiciet, & se honestæ rei tan-  
q; bono uiro credit, utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam, eundem ergo locū ha-  
bebit apud illum honesta res, sed tristis atq; aspera, quem uir bonus, pauper, aut exul, ac  
pallidus. Agedū pone ex alia parte uirum bonum, diuitijs abundātem, ex altera nihil  
habentem, sed in se omnia, uterq; aequæ bonus uir erit, etiā si fortuna dispari uter. Idē (ut  
dixi) in rebus iudiciū est, quod in hominibus. Aequæ laudabilis est uirtus in corpore uali-  
do ac libero posita, q̄ in morbo ac uincto. Ergo tuam quoq; uirtutem nō magis lauda-  
bis, si corpus illæsum tibi & integrum fortuna præstiterit, q̄ si ex aliqua parte mutilatum  
alioqui hoc erit, & seruorum, habitu dominum aestimare. Omnia enim ista in quæ domi-  
num casus exercet, seruilia sunt, pecunia, & corpus, & honores, imbecilla, fluida, morta-  
lia, possessiones incertæ. Illa rursus libera & inuicta opera uirtutis, quæ nō ideo magis ap-  
petenda sunt, si benignius a fortuna tractantur, nec minus si aliqua rerum iniquitate præ-  
mūtur. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio nō puto magis ama-  
res uirum bonum locupletem, q̄ pauperem, nec robustam & lacertolam, q̄ gracilem &  
languidi corporis. Ergo ne rem quidem magis appetes hilarem aut pacatam, q̄ distra-  
ctam & operosam, & si hoc est, magis diliges ex duobus æquæ bonis uiris nitidum & un-  
ctum, q̄ puluerulentum & horrentem. Deinde hucusq; peruenies, ut magis diligas inte-  
gram omnibus membris & illæsum, q̄ debilem aut luscum, paulatim fastidium tuum illo

Phalaridis  
taurus.

Alr. inter-  
uallo.  
Alr. in  
nora

uscq; procedet, ut ex duobus aequie iustis ac prudentibus comatum & crispulum malis, & recaluatrum, ubi par est in utroq; uirtus, non comparet aliarum reru inaequalitas. Omnia enim alia, non partes, sed accessiones sunt. Num quis tam iniquam censuram inter suos agit ut filium sanum q̄ agrum magis diligit, procerumue & excelsum, q̄ breuem aut modicum? Foetus suos non distinguit fera, & se in alimentu pariter omniu sternit. Aues ex aequo partuntur cibos, Vlyxes ad Ithacae suae faxa sic properant, quemadmodu Agamem non ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam (quia magna est) amat, sed quae sua, quorsus haec pertinent: ut scias uirtutem omnia opera sua, uelut foetus suos iisdem oculis intueri, aequie indulgere omnibus. Et quidem impensius laborantibus (quonia quidem etiam parentum amor magis in ea quosq; miseretur inclinatur) uirtus quoq; opera sua quae uidet affici & premi non magis amat, sed parentum bonorum more, magis complectitur, ac fouet, quare non est ullum bonum altero maius: quia non est quicq; apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potest dicere, hoc magis par est alicui q̄ illud, ergo nec honesto honestius quicq; est. Quod si par omniu uirtutum natura est, tria genera bonoru in aequo sunt. Ita dico in aequo est, moderate gaudere, & moderate dolere. Laticia illa non uicit haec animi firmitatem sub tortore gemitus deuorant. Illa bona optabilia sunt, haec mirabilia, utraq; nihilominus paria, quia quicq; incommodi est, i uelamento maioris boni tegit. Quisquis haec imparia iudicat, ab ipsis uirtutibus auertit oculos, & exteriora cito cumspicit, bona uera idem pendunt, idem patent, falsa multum habent uani. Itaq; speciosa & magna contra uisentibus, eam ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est mi Lucili quae quid uera ratio commendat, solidum & aeternum est, firmat animu, attollitq; semper futurum in excelso. Illa quae temere laudantur, & uulgi sententia bona sunt, in instantibus laetos. Rursus ea quae timentur tanq; mala, in incerti mentibus, & illas non aliter q̄ animalia species periculi agitat, utraq; res ergo sine causa animi & diffundit & mordet, nec illa gaudio, nec haec metu digna est, sola ratio imutabilis & iudicij tenax est. Non enim feruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto, ergo & uirtus non aliud q̄ recta ratio, omnes uirtutes rationes sunt. Rationes sunt, si recta sunt. Si recta sunt, & pares sunt. Qualis ratio est, tales & actiones sunt, ergo omnes pares sunt. Nam cum similes rationi sint, similes & inter se sunt, pares autem actiones inter se esse dico, quia recta sunt & honesta. Caterum magna habebunt discrimina, uariare materia, quae modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis, modo ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis, id quod optimu est, par est, honesta sunt, tanq; uiri boni, omnes pares sunt, qui boni sunt, sed habent differentias aetatis, alius senior, alius iunior. Habet corporis, alius formosus, alius deformis est. Habent fortunae, ille diues, hic pauper est, ille gratiosus, potens, urbibus notus & populis. Ignotus hic plarisq; & obscurus. Sed per illud quod boni sunt, pares sunt. De bonis ac malis sensus non iudicat, quid utile sit, quid inutile ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem praesentem perductus est, nec futuri prouidus est, nec praeteriti memor, quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo serietq; contextitur, & unitas uitae in perfectum itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum, aliena & externa pro uilibus habet, & ea quae neq; bona sunt neq; mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat, omne illi bonum in animo est. Caterum bona quaedam prima exposita uenit tanq; uictoria, bonos liberos, patriae salutem, quaedam secunda, quae non apparent nisi in rebus aduersis, tanq; aequo animo pati morbum magnum, exilium. Quaedam media, quae nihilo magis secundum naturam sunt, q̄ contra naturam, tanq; prudenter ambulare, compositae sedere. Non enim minus secundum naturam est sedere, q̄ aut stare aut ambulare, duo illa superiora bona diuersa sunt. Prima enim secundum naturam sunt, gaudere liberorum pietate, patriae incolumitate. Secunda contra naturam sunt, fortiter optare tormenta, & sitim perpeti, morbo urente praecordia. Quid ergo, aliquid contra naturam bonum est? Minime. Sed illud aliquando contra naturam est, in quo bonum illud exiit, uulnerari enim & subiecto igne tabescere, & aduersa ualitudine affligi, contra naturam est, sed inter ista seruare animu infatigabilem, secundum naturam est, & ut quod uolo exprimum breuiter, materia boni aliquando contra naturam, & bonum nunq; quoniam bonum sine ratione nullu

nullum est, sequitur autem ratio natura. Quid est ergo ratio? natura imitatio, quid est summu hominis bonum? ex natura uoluntate se gerere. Non est, inquit, dubium quin felicior pax sit nunq; laessita, q̄ multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior sit inconcussa ualitudo, q̄ ex grauib; morbis & extrema minitantibus in tutu ui quadam & patientia educta. Eodem modo non erit dubium, quin maius bonu sit gaudium, q̄ obnoxios animus ad percipiendos cruciatus uulnerum aut ignium. Minime, illa enim quae fortuita sunt, plurimu discriminis recipiunt, aestimantur enim utilitate sumetium, bonorum unum propositu est, consentire naturae. Hoc contingere in omnibus par est, cum alicuius in senatu sententiam sequitur, non potest dici, ille magis assentitur q̄ ille, ab omnibus in eandem sententiam itur. Idem de uirtutibus dico, omnes naturae assentiuntur. Idem de bonis dico, omnia naturae assentiuntur, alter adolescens decessit, alter senex, aliquis praeter hos infans, cui nihil amplius contigit, q̄ prospicere uitam. Omnes hi aequie fuere mortales, etiam si mors aliorum longius uitam passa est procedere, alioru in medio flore praecidit, aliorum interrupta principia, alius inter coenandum solutus est, alterius continuata mors somno est, aliquem concubitus extinxit, his oppone ferro transiliosos, aut exanimatos serpentum morfu, aut fractos ruina, aut per longam neruoru contractione extortos minutatim. Aliquorum melior dici, aliquorum potest peior exitus, Mors quidem omniu par est, per quae uenit, diuersa sunt. Id in quod desinunt, unu est, mors nulla maior aut minor est, habet enim eundem in omnibus modum, finisse uitam. Idem tibi de bonis dico hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia & acerba, illud fortunae indulgentiam rexit, hoc uiolentiam domuit, utruq; aequie bonum est, q̄ uis illud plana emolliuerit, hoc aspera. Idem finis omniu est, bona sunt, laudanda sunt, uirtutem rationemq; comitatur, uirtus aequat inter se, quicquid agnoscit. Nec est quod hoc inter nostra placita mireris, apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summū illud beatitudinemq; componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Haec bona non crescunt, si plena sunt. Quo enim crescet, quod plenum est? dolore corpus caret, quid ad hanc accedere indolentiam potest. Animus constat sibi, & placidus est, quid accedere ad hanc tranquillitatem potest. Quemadmodu serenitas caeli non recipit maiore adhuc claritatem, in sincerissimu nitorem repurgata, sic hominis corpus animiq; curatis, & bonu suum ex utroq; necentis, perfectus est status, & summū uoti sui inuenit, si nec aetuis animum est, nec dolor corpori. Si quae extra blandimenta contingunt, non augent summū bonum, sed (ut ita dicam) condunt & oblectant, absolutum enim illud humanae naturae bonum, corporis & animi pace contentum est. Dabo apud Epicurum tibi etiam nunc simillimam huic nostrae diuisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum, quae malit contingere sibi, ut corporis quietem ab omni incommodo liberam, & animi remissionem, bonoru suorum contemplatione gaudetis. Alia sunt, quae quis uolit accedere, nihilominus & laudat & comprobatur, tanq; illam quam paulo ante dicebam, malae ualitudinis, & doloru grauissimorum perpeffionem, in qua Epicurus fuit illo somno ac fortissimo die suo, ait enim se uescere & exulcerati uentris tormenta tolerare, ulteriorem doloris accessionem non recipientia esse nihilominus sibi illum beatum diem, beatum autem agere nisi qui est in summū bono non potest. Ergo & apud Epicurum sunt haec bona, quae malles non experiri, sed quia ita retulit, & amplexanda & laudanda & exequenda summis sunt. Non potest dici, hoc non esse par maximis bonum, quod beata uita clausulam imposuit. Cui Epicurus extrema uoce gratias egit: Permite mihi mi Lucili, uirorum optime, aliquid audaci uis dicere, si ulla bona maiora esse alijs possunt, haec ergo quae tristitia uidentur, mollibus illis & delicatis praetulissimae. Maius est enim perstrinxisse difficilia, q̄ laeta moderari. Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem bene, & ut calamitatem fortiter, ferat. Aequie fortis esse potest, qui pro uallo securus excubuit, nullis hostibus castra tentantibus, & qui succis poplitibus in genua se excepit, nec arma dimisit. Maeste uirtute esto, sanguinolentis & ex acie redeuntibus, dicitur. Itaq; haec magis laudauerim bona exercitata & fortia, & cum fortuna rixata. Ego non dubito quin magis laudem truncam illam & retorridam manum Mutij, q̄ cuiuslibet fortissimi saluam. Stetit hostium flammaramq; contempтор, & manum suam in hostili foculo distillatam perspectauit, donec Porfenna huius poetae fa-

Alit' fortu  
nasilimo

uebat, gloria inuidit, & ignem inuito eripi iussit, hoc bonū quid ni inter prima nō numerem: tantoq; maius putem, q̄ illa secūra & in tentata fortuna, quāto rarius est hostē amissā manu uicisse, q̄ armata: Quid ergo, inquis, hoc bonum tibi optabis? Quid ni hoc em, nisi qui potest optare, & nō potest facere, an potius optem ut male laxādos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercula, aut aliquis in mulierculā ex uiro uersus, digitulos meos ducat: Quid ni ergo feliciorē putem Mutium, qui sic tractauit ignem, q̄ si illum manu tractatori præsstitisset, in integrum restituit, quicquid errauerat. Confecit bellum inermis, ac mancus & illa manu trunca reges duos uicit. Vale.

EPISTOLA. LXVIII. Quomodo omne bonum est optabile.

**V**T a cōmunibus inītiū faciam, Ver aperire se cōpit, sed iam inclinātū in aestatem quo tempore calere debebat, iniepit, nec adhuc illi fides est, saepe enim in hyemem reuoluitur, uis scire q̄ dubium adhuc sit: nondum me cōmitto frigidū ueri, adhuc uigor est eius in frigore, hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita est mi Lucili, iam aetas mea contenta est suo frigore, uix media reuelatur aetate. Itaq; maior pars in uestimētis degitur, ago gratias senectuti, q̄ me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam: Quicquid debebam nolle, nō possum, cum libellis mihi plurimus sermo est. Siquādo interueniūt epistolae tuae, tecū esse mihi uideo, & sic afficior animo, tanq; tibi non rescribam, sed respondeam. Itaq; & de hoc quod quaris quasi colloquor tecum, quale sit, una scrutabimur. Quaris an omne bonum optabile sit, si bonum est, inquis, fortiter torqueri, & magno animo uri, & patienter aegrotare, sequit̄ ista optabilia sint. Nihil autem uideo ex istis uoto dignum. Neminē certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse, q̄ flagellis caesus esset, aut podagra distortus, aut eculleo longior factus. Distingue mi Lucili ista, & intelliges esse in his aliqd optandū, tormenta ab esse a me uelim, sed si sustinēda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, aniose geram optabo. Quidni ego malū non incidere bellum, sed si incidit, ut uulnera, ut famē, & omnia quae bellorum necessitas affert, generose feram, optabo. Non sum tam demens, ut aegrotare cupiam, sed si aegrotādum fuerit, ut nihil effeminate facia, optabo. Ita non in cōmoda optabilia sunt, sed uirtus qua perferuntur in cōmoda. Quidam ex nostris existimant omnīū nostrorū fortem tollerantiā non esse optabilem, sed nec abominandā quidē, quia uoto purum bonum peti debet, & tranquillū, & extra molestiam positū. Ego dissentio. Quare: primū quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit, deinde si uirtus optabilis est. Nullum autem sine uirtute bonum, & omne bonum optabile. Deinde etiam si tormentorum fortis patiētia optabilis est, etiam nūc interrogo, nōne fortitudo optabilis est: atqui pericula cōtemnit & puocat, pulcherrima pars eius maximeq; mirabilis illa est, non cedere ignibus, obuia ire uulneribus. Interdum tela ne uitare quidem, sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, & tormenta patienter ferre optabile est, nec tamē ideo solūmodo ferre tormēta optabile est. Hoc em, fortitudinis pars est. Sed separa ista (ut dixi) nihil erit qd̄ tibi faciat errorem. Nō em pati tormēta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto fortiter, quod est uirtus, quis tamē unq; hoc sibi optabit: Quaedam uota aperta & professa sunt, cum particulatim fiūt, quaedam latent, cum uno uoto multa comprehēsa sunt, tanq; opto mihi uitam honestā. Vita autem honesta actionibus uarijs constat. In hac est Reguli arca, Catonis scissum manu sua uulnus, Rutulij exilium, Calix uenenatus, qui Socratem transtulit & carcere in caelum. Ita cum optauim mihi uitam honestam, & haec optauim, sine quibus interdum honesta nō pōt esse. O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrū Troiaē sub mœnibus altis. Cōtingit oppetere. Quid interest, optes hoc alicui an optabile fuisse fatearis. Decius fe p. R. P. deuouit, & in medios hostes concitato equo mortem petens irruit. Alter post hūc paterna uirtutis aemulus, conceptis solēnibus ac iam familiaribus uerbis, in aciem cōferens simā incurrit, de hoc sollicitus tantum ut litaret, optabilem rem putas bonā mortem, dubitas ergo an optimū sit memorabilem mori, & in aliquo opere uirtutis: cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus uirtutibus utitur, fortasse cum una in promptu sit, & maxime appareat patientia. Caterum illic est fortitudo, cuius patientia & perpeffio & tolerantia rami sunt. Illic est prudentia sine qua nullum inītur consiliū, quā luadet quod effugere nō

Adhuc rigore eius inbingo

gere non possis, q̄ fortissime ferre. Illic est cōstantia, quā desici loco nō potest, & propositum nulla ui extorquere dimittit. Illic est in diuiduos ille comitatus uirtutū. Quicquid honeste sit una uirtus facit, sed ex consilij sentētia. Quod autem ab omnibus uirtutibus cōprobatur, etiam si ab una fieri uideatur, optabile est. Quid tu existimas ea tantum optabilia esse, quae per uoluptatem & ocium ueniunt: quae excipiuntur foribus ornatis. Sūt quaedam tristis uoluptates, sunt quaedam uota, quae nō gratulantium coetu, sed adorantium uenerantiumq; celebrantur. Ita tu non putas Regulū optasse, ut ad Pœnos perueniret: Indue magni uiri animū, & ab opinionibus uulgi secede, paulisper cape quantā de bes uirtutis pulcherrimā ac magnificentissimā speciem, quā nobis non fertis, sed sudore & sanguine colenda est, aspice Marcum Catonē, sacro illi pectori purissimi manus admoventem, & uulnera parum demissa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es, uellem quae uelles, & moleste fero, an feliciter quod agis: hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui uitam securam, & sine ullis fortunae incurfionibus mare mortuum uocat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denunciatione & incurfu firmitate animi tui tentes, sed in ocio inconculso iacere nō est tranquillitas, malicia est. Atralus Stoicus dicere solebat, Malo me fortuna in castris suis quam in delitijs habear, torqueor, sed fortiter, bene est, occidit, sed fortiter, bene est. Audi Epicurū, dicit & dulce est. Ego tā honestae rei ac feuerae nunq; molle nomen imponam, Vror, sed in uicibus, quid ni optabile sit, non quod urit me ignis, sed quod nō uincit: Nihil est uirtute praestantius, nihil pulchrius, & bonum est, & optabile, quicquid ex huius geritur imperio. Vale.

Mortuum mare uita secura est.

EPISTOLA. LXIX. Quomodo sit colendum ocium, & quid in eo tractandum.

**C**onsilio tuo accedo, absconde te in ocio, sed & ipsū ocio absconde, hoc te facturum Stoicorum etiam si nō praecepto, ad exemplum licet scias, sed ex praecepto quoq; facias, & tibi cum uoles, approbabis. Nec ad omnem rem publicam mittimus, nec semper, nec sine ullo fine. Praeterea cum sapienti rempublicam ipso dignam dedimus, id est mundum, non est extra rempublicam etiam si recesserit, immo fortasse relicto uno angulo, in maiora atq; ampliora transit, & caelo impositus, intelligit, cum sellam aut tribunal ascenderit, q̄ humili loco federit, depono hoc apud te nunquam plus agere sapientem, q̄ cum in conspectu eius diuina atq; humana uenerunt. Nunc ad illud reuertor, quod suadere tibi coeperam, ut ocium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam, atq; etiam aliud propositum tuo nomē impone, ualitudinem, & imbecillitatem uocato desidā, Gloriarī ocio, iners ambitio est, Animalia quaedā, ne inueniri possint, uestigia sua circa cubile ipsū confundunt, idem tibi faciendum est, alioquin nō deerunt qui persequantur, multi aperta transeunt, cōdita & obstrusa rimantur, furem signata sollicitant. Vile uidetur quicquid patet, aperta effraetarius praerit, hos mores habet populus, hos imperitissimus quisq; in secreto irrumperē cupit. Optimū itaq; est, nō iactare ocium suum, lactandi autem genus est, nimis late, & a conspectu hominū secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis nō transit domus suae limē. Cōuocat turbam, quisquis ocio suo aliquā fabulam imposuit. Cum secesseris, nō est agendum hoc, ut de te homines loquātur, sed ut ipse tecū loquaris. Quid autē tecū loquaris: quod homines de alijs libentissime faciunt, de te apud te male existima, assuesce & dicere uerum, & audire. Id autē maxime tracta, quod in te esse infirmissimū senties. Nota habet quisq; sui corporis uitia. Itaq; alius uomi tu leuat stomachum, alius frequentī cibo fultis, alius interposito ieiunio corpus exhaurit & purgat, hī quorū pedes dolor repetit, aut uino aut balneo abstinet, in ceteris morbos negligentes, huic a quo saepe infestant, occurrūt. Sic in aio nostro sunt quasi caulariae parites, quibus adhibenda curatio est. Quid in ocio facio: ulcus meū curo. Si ostendere tibi pedē turgidū, liuidā manū, aut cōtracti cruris aridos neruos, pmittere mihi uno loco iacere, & fouere morbū meū. Maius malū est hoc, quod nō possum tibi ostendere. In pectore tuo collectio & uomica est, nolo laudes, nolo dicas, O magnū uirum cōtempfit oia, & damnatis humanae uitae furoribus fugit, nihil damnaui nisi me, nō est q̄ pficiendi causa uenire ad me uelis. Erras qui hinc aliquid auxiliij speras. Nō medicus, sed aeger hīc habitat. Malo

bitat. Malo illa cū disceris dicas. Ego istū beatum hominē putabam & eruditū, erexeram aures, destitutus sum, nihil uidi, nihil audiui quod cōpiscerem, ad quod reuerterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas ocio meo q̄ in uideas. Ocio, inquis. Seneca, mihi cōmedas, ad Epicureas uoces dilaberis, ocio tibi cōmendo, in quo maiora agas & pulchriora, q̄ quā reliquisti. Pulsa superbas potentiorū fores, digere in litteram fenes orbos plurimū in foro posse, inuidiosa potētia ac breuis est, & si uerum aestimes, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedit. Ille stipendijs militaribus & quaesta per hoc dignitate. Ille clientum turba, tati est ab hominibus uinci, dū a me fortuna uincatur, cuius turbæ par esse non possum, plus habeo gratiæ. Vtinā quidē hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi, utinam de uita beata nō in cōspectu mortis ageremus, sed nunc quoq; non moremur. Multa enim quæ superuacua esse & inimica credituri fuimus rationi, nunc experientiæ credimus, quod facere solent qui serius ex eunt, & uolunt tēpus celeritate reparare. Calcar addamus, hæc ætas oprime facit ad hæc studia. Iam disputauit, iam uitia primo feruore adolescentiæ indomita lassauit. Non multum superest ut extinguat, & quando, inquis, tibi proderit istud, quod in exitu dicis, aut in quam rem? in hanc ut exeam melior. Non est tamen quod existimes ullā ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, q̄ quæ se multis experimentis, longa ac frequenti rerū patientia domuit, quæ ad salutaria, mitigatis affectibus, uenit, hoc est breuis huius boni tēpus, quisquis senex ad sapientiā peruenit, annis ꝑ peruenit. Vale.

Alit ꝑ ꝑꝑ  
nirur.

EPISTOLA. LXX. De uaria locorum mutatione uitanda  
& redimenda breuitate temporis.

**M**Vtare te loca, & in alium de alio trāsilire te nolo. Primū, quia tam frequēs migratio instabilis animi est, coalescere ocio non potest, nisi desinat circūspicere & errare, ut animū possis continere, prius corporis tui fugam sistē, deinde plurimū remedia continuata proficiunt. Interrumpenda nō est quies, & uitæ prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos, sine aures assuescere sanioribus uerbis, quoties proceperis, in ipso tranfit aliqua quæ renouent cupiditates tuas, tibi occurrent, quæ admodum & qui amorem exuere conatur, euitāda est omnis admonitio dilecti corporis. Nihil em̄ facilius q̄ amor recrudescit. Ita qui deponere uult desyderia rerū omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat, cito rebellat affectus, quocūq; se uerterit præciū aliquod præsens occupationis suæ inueniet. Nullum sine auctoritamento malum est. Auaricia pecuniā promittit, luxuria multas ac uarias uoluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potētia potest. Mercede te uitia sollicitant, hic tibi gratis uiuendū est uix effici toto sæculo potest, ut uita tam longa licentia tumida subigantur, & iugum accipiant. Nec dum si tam breue tēpus per interuallum discindimus. Vnamquālibet rē uix ad perfectū adducit assidua uigilia & intentio. Si me quidem uelis audire, hoc meditare, exerce te, ut mortē & excipias, & si ista res suadebit accersas. Interest nihil, an illa ad nos ueniat, an ad illam nos. Illud impitissimū cuiusq; uerbū falsum esse ipse tibi pluade, Bella res est mori sua morte. Illud præterea secum licet cogites. Nemo nisi suo die moritur, nihil perdis ex tuo tempore. Nam quod relinquis, alienum est. Vale.

Libri noni epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER DECIMVS.

EPISTOLA. LXXI. Quomodo immaturæ mortis stulta quaerela sit, & quando fera mors præoccupanda sit, & quando differenda.



**R**OST longum interuallum Pompeios tuos uidi, in cōspectu adolescentiæ meæ reductus sum, quicquid illic iuuenis feceram, uidebar mihi facere adhuc posse, & paulo ante fecisse, præ nauigauimus Lucili uitā. Et quemadmodū, Vergiliꝰ noster ait, in mari Terræq; urbesq; recedit, sic, cursu rapidissimi tēporis primū pueritiā abscondimus, deinde adolescentiā, deinde quicquid est illud inter iuuenē & senē mediū, in utriusq; confinio positū. Deinde ipsius sequectus optimos annos. Nouissimē incipit ostendi publicis finis generis humani, scopulum

Alit demē  
tissimi

palum illū putamus. Clemētissimus portus est aliquando petendus, nunq̄ recusandus. In quē si quis intra primos annos delatus est, nō magis quaeri debet, q̄ qui cito nauigauit. Alium enim (ut scis) uenti fegnes ludūt ac detinent, & tranquillitatis lentissimo redio lassant, aliū ptinax flatus celerrime pfert. Idē euenire nobis puta, alios uita uelocissime adduxit, quo ueniendū erat etiā cunctatibus, alios maceravit & coxit, quæ (ut scis) non semper retinenda est. Non em̄ uiuere bonū est, sed bene uiuere. Itaq; sapiens uiuit q̄ntū debet, nō q̄atū potest. Videbit ubi uicturus sit, cū q̄bus, quomodo, quid acturus. Cogitat semper qualis uita, non quanta sit. Sed si simulata occurrit molestia & tranquillitate turbantia emittit se, nec hoc tantū in necessitate ultima facit, sed cum primū illi cōpperit suspecta esse fortuna, diligenter circūspicit, nunquid illo desinendū sit, nihil existimat uita referre faciat finē, an accipiat, tardius fiat an citius. Nō tanq̄ de magno detrimento timet. Nemo multū ex stillicidio potest p̄dere, citius mori uel tardius, ad rē non p̄tinet, bene mori aut male ad rem p̄tinet, bene aut mori est effugere male uiuendi periculū. Itaq; effceminatissimā uocem illius Rhodij existimo, qui cū in caueam coniectus esset a tyranno, & tanq̄ ferum aliquid animal aleretur, suadenti cuidā ut abstineret cibo, omnia, inquit, hominidum uiuit sperāda sunt, ut sit hoc uerum. Nō omni precio uita emenda est. Quādā licet magna, licet certa sint, tamē ad illa turpi infirmitatis cōfessione nō ueniā. Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse fortunā, potius q̄ cogite in eo qui scit mori nihil posse fortunā, aliquando tamē etiā si certa mors instabit, & destinātū sibi supplicij sciet, non cōmodabit poenæ suæ manū. Stulticia est timore mortis mori. Venit qui occidat. Expecta quod e cupas: quare suscipis aliena crudelitatis p̄curationē? Vtrū inuides carnifici tuo an parcis? Socrates potuit abstinentia finire uitam, & inedia potius q̄ uenena mori. Triginta tamen dies in carcere & in expectatione mortis exegit. Non hoc animo tanq̄ omnia fieri possent, tanq̄ multas spes tam longū tempus reciperet, sed ut præberet se legibus, ut firmum amicis extremū Socrate daret. Quid erat stultius q̄ morrem cōtemnere, uenēnā timere? Scribonia grauis foemina, amica Drusi Libonis fuit, adolescentis tā solidi, q̄ nō nobilis, maiora sperantis, q̄ illo sæculo quisq; sperare poterat, at ipse cum æger a senatu in lectica relatus esset, nō sane frequentibus obleuijs (omnes enim necessarii deseruerat impie) iam nō rerū, sed funeris habere cōcepit consiliū, utrum cōcisceret mortē, an expectaret. Cui Scribonia, Quid te, inquit, delectat alienū negociū agere? Non p̄suasit illi, manus sibi attulit, nec sine causa. Nā post diem tertiuū aut quartū inimici mortis arbitrio, si uiuit, alienum negociū agit. Non possis itaq; de re in uniuersum p̄nunciare, cū mortem uis externa denunciat, occupanda sit an expectanda. Multa enim sunt, quæ in utraq; partē trahere possunt. Si altera mors cū tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic inijcienda sit manus? Quæ admodū nauim eliga nauigaturus, & domum habitaturus, ita mortē utiq; qua sum exiturus & uita meliorē. Præterea quæ admodū non utiq; melior est longior uita, sic peior utiq; mors longior. In nulla re magis, q̄ in morte more animo gerere debemus, exeat qua impetū cōcepit, siue ferrum appetit, siue laqueum, siue aliquam portionem uenas occupantē, pergat & uincola seruitutis abrumpat. Vitam & alijs approbare quisq; debet mortē sibi, optima est quæ placet. Stulte hæc cogitant, aliquis dicit me patitur fortiter fecisse, aliquis nimis temere, aliq; fuisse aliquod genus mortis animosius, uis tu cogitare id in manibus esse consiliū, ad quod fama nō pertinet: hoc unum intueri, ut te fortunæ q̄ cellerrime eripias, alioqui aderunt qui de facto tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapientiam, qui uim afferendam uita suæ negent, & nephas iudicent ipsum interemptorem sui fieri, expecta nouum esse exitum, quem natura decreuit, hoc qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere. Nihil melius aeterna lex fecit, q̄ q̄ unum qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere. Nihil melius aeterna lex fecit, q̄ q̄ unum qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere. Nihil melius aeterna lex fecit, q̄ q̄ unum qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere. Nihil melius aeterna lex fecit, q̄ q̄ unum qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere.

y 4 Nemo

Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic veteres inquit linos indulgentia loci, & consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse: tanquam migraturus habita, propone tibi quandoque hoc contubernium carendum, fortior eris ad necessitatem exeundi, sed quemadmodum suus finis ueniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est, alia enim exercent fortasse in superuacuum, aduersus paupertatem preparatur est animus, pmanere diuitia, ad contemptum nos doloris armauimus, nunquam a nobis exiget huius uirtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis, ut fortiter amissorum desideria pateremur, praecipue nobis, omnes quos amabamus, superstitibus fortuna seruauit, huius unius rei usum, qui excitet dies, ueniet. Non est, quod existimes magnis tantum uiris hoc robur fuisse, quo seruitutis humanae claustra prumperent. Non est, quod iudices hoc fieri nisi a Catone non posse, qui quam ferro non emiserat animam, manu extraxit, cum uilissimae sortis homines ingenti impetu in tutum euaserint. Cumque comodo mori non licuisset, nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obuia quaeque rapuerunt. Et quae natura non erat noxia, ut sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis cum ad matutinam spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi dabatur sine custodia de secretum. Ibi lignum id quod ad emundanda obscena adhaerente spongia positum est, totum in gulam farsit, & in praeculis faucibus spiritum elisit, hoc fuit morti contumeliam facere, ita prorsus parum munde & parum decenter. Quid est stultius, quam fastidiosum mori. O uirum fortem, O dignum, cui si fati dare electio, quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundam de altitudinem maris, aut absclatae rupis immisisset: undique destitutus inuenit, quemadmodum & mortem sibi deberet, & telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse, quam uelle existimetur de facto hominis acerrimi, ut cuius usum erit, dum hoc constet, praefereendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimae. Quoniam cepi sordidissimam exemplis uti, perseverabo, plus enim a se quisque exiget, si uiderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni, Catones, Scipionesque, & alios (quos audire cum admiratione consueuimus) supra imitationem positos putamus. Iam ego istam uirtutem habere tam multa exempla in ludo bestiariorum, quam in cubibus belli ciuili ostendat. Cum adueheretur nuper inter custodias quidam ad matutinam spectaculum missus, tanquam somno premete nutaret, caput usque eo demisit, donec radices infereret, & tandem se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rota frangeret, eodem uehiculo quo ad poenam ferebatur, poenam effugit. Nihil obstat erumpere, & exire cupienti, in aperto nos natura custodit, cui permittit necessitas sua, circumspectat exitum mollem. Cui ad manum plura sunt, per quae sese asserat, is dilectum agat, & qua potissimum liberetur, consyderet. Cui difficultis occasio est, is proximam quaeque pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium, cui non defuerit animus, uides quemadmodum extrema quocumque mancipia, ubi illis stimulus adegit dolor, excitentur, & intentissimas custodias fallant. Ille uir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperauit, sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo Naumachiae spectaculo unus e barbaris lanceam, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo immerisit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium iam dudum effugio? quare ego mortem armatus expecto? tanto hoc speciosius spectaculum fuit, quanto honestius mori discant homines, quam occidere? Quid erit ergo? quod animi perditum, noxiosque habent, non habebunt illi, quos aduersus hos casus intruxit longa meditatio, & magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati uarios esse accessus, sine eundem. Nihil autem interesse, unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio monet, ut si licet, moriaris sine dolore. Si autem non potest, fac quemadmodum potes, & quicquid ob uenerit ad uitam auferendum tibi, inuadas. Iniuriosum est rapto uiuere, & contra pulcherrimum mori rapto. Vale.

EPISTOLA LXXII. De consilio ex summa uita captando.

Et quomodo mors honesta res sit. Et de animi fortitudine.

**S**ubinde me de rebus singulis consulis, oblitus uasto nos mari diuidi, cum magna pars consilij sit in tempore, necesse est euenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur

aptatur, res nostrae feruntur, immo uoluntur, ergo consilium sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis, sub manu (quod aiunt) nascatur, quemadmodum autem inueniatur ostendam, quoties quid fugiendum sit, aut quid petendum uoles scire, ad summum bonum & propositum totius uita respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus, non disponet singula, nisi cui iam uita summa proposita est. Nemo, quisuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constet quid uelit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus uita omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petas, ille qui sagittam uult mittere, & tunc dirigere & moderari manu telum. Errant consilia nostra, quoniam non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus suus uentus est. Necessesse est multum in uita nostra casus possit, quia uiuimus casu. Quibusdam autem euenit, ut quaedam scire se nesciant, quemadmodum quaerimus saepe eos, cum quibus stamus, ita plerumque finem summum boni ignoramus appositum, nec multis uerbis, nec circuta loga, quod sit summum bonum colligis, digito (ut ita dicam) demonstrandum est, nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulis illud diducere, cum possis dicere summum est, quod honestum est: & quod magis admireris, unum bonum est, quod honestum est. Caetera falsa & adulterina bona sunt, haec si peruerseris tibi, & uirtute adamaueris (amare enim parum est) quicquid illa contigerit, id tibi qualecunque alijs uidebitur fastum felixque erit, & torqueri, si modo iacueris, ipso torquente securior, & agrotare si non male dixeris fortuna, si non cefferis morbo. Omnia denique quae ceteris uidentur mala, & mansuescent, & in bonum abibunt, si super illa eminueris, hoc licet nihil esse bonum, nisi honestum, & omnia in comoda suo iure bona uocabuntur, quae modo uirtus honesta uerit. Multis uidemus maiora promittere, quam recipit humana conditio, non immerito, ad corpus enim respiciunt, reuertantur ad animam, iam hominem deo metientur. Ergo te Lucili uirorum optime, & relinque istum ludum literarium philosophorum, qui rem magnificentiissimam ad syllabas uocant, qui animam minuta docendo dimitunt & conterunt, sicut si milis illis, qui inuenerunt ista, non qui docent, & id agunt, ut philosophia potius difficultis quam magna uideatur. Socrates, qui totam philosophiam reuocauit ad mores, & hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere, sequere (inquit) illos si quid apud te habeo autoritatis, ut sis beatus, & te alicui stultum uideri sine, qui quis uolet tibi contumelia facere, faciat & iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus. Si tuis, inquit, beatus esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis, hoc nemo praestabit, nisi quae omnia bona exequauerit, quia nec bonum sine honesto est, & honestum in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter praeturae Catonis & repulsam? Nihil interest utrum Phalarica acie Cato uincatur, an uincatur: hoc eius bonum, quo uictis partibus non potest uinci, par erat illi bono, quo uictor rediret in patriam, & componeret pacem. Quid ni par sit: eadem enim uirtute & mala fortuna uincitur, & ordinatur bona, uirtus autem non potest maior aut minor fieri, unius statum est. Sed Cn. Pompeius amittit exercitum, sed illud pulcherrimum reipublicae praetextu oprimates, & prima acies Pompeianarum partium fenatus ferens arma uno praelio profligabunt, & tam magni ruina imperij, in totum dissiliet orbem, aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet, ne hoc quidem miserae reipublicae contingeret, semel ruere, omnia licet fiant. Iubam in rege suo, non loco, tua noticia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima, Vicensium quoque si des malis fracta deficiat. Et Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituit, olim pro uisum est, nequid Cato detrimenti capiat, uictus est tamen. Et hoc numeram inter repulsas Catonis, tam magno animo feret aliquid sibi ad uictoriam, quam ad praeturae obtinuisse. Quo die repulsus est luit, qua nocte periturus fuit, legit. Eodem loco habuit, praetura & uita excedere, oia quae accideret ferenda esse pluraferat sibi. Quid ni ille mutationem reipublicae fortis & aequo patere animo? Quid enim mutationis periculo exceptum: non terra, non caelum, non totus hic rerum omnium contextus, quis deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies dericiet. Certis enim cuncta temporibus nasci debet, crescere, extingui. Quae cum uides supra nos currere, & haec quibus immixti atque impositi sumus, ueluti solidissimis, carpent ac desinent. Nulli non senectus sua est, in aequalibus ista spacijs eodem natura demittit, quicquid est, non erit, nec pibit, sed resoluatur. Nobis solui perire

Digito de  
monstrare

perire est. Proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes, & quae se corpori addixerit, alioqui fortius finem sui suorūq; pateretur, si speraret omnia illa sic in uita mori; temq; per uices ire, & composita dissoluta, dissoluta componi. In hoc opere aeterna artem cuncta temperantia dei uerti. Itaq; Cato cum aetuum animo percurreret, dicit, Omne humanum genus, quodq; est, quodq; erit, morte damnatum est, omnes quae usq; rerum potuerunt urbes, quaeq; alienorū imperiorū magna sunt & decora, ubi fuerint aliquando quae retur, & uario exilij genere tollentur, alias destruent bella, alias desidia, paucq; ad inertiam uera consumunt, & magnis opibus exitiosa res luxus. Omnes hos fertiles campos repenti maris inundatio abscondet, aut in subitam cauernam confidētis soli lapsus adducet. Quid est ergo, quare indignor, aut doleam, si exiguo momento publica fata precedor? Magnus animus deo pareat, & quicquid lex uniuersi iubet, sine contestatione patiatur, aut in meliorem emittitur uitam, lucidius tranquilliusq; inter diuina mansurus, aut certe sine ullo futuro incommodo, si naturae reminiscetur & reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita, q̄ mors honesta, quoniam non intenditur uirtus. Idē esse dicebat Socrates ueritatem & uirtutē, quomodo illa non crescit, sic ne uirtus quidē habet numeros suos, plena est. Non est itaq; q̄ mireris paria esse bona, & quae ex proposito sumenda sunt, & quae subita res tulit. Nam si hanc inaequalitatē receperis, ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis, & infelicem Socratem dices in carcere, infelicem Catonem uulnera sua animosius q̄ fecerat, retrastantem. Calamitosissimū omnium Regulū fidei poenas etiam hostibus seruatae pendētem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem, ausus est. Negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum. Academicū ueteres beatū quidē esse etiā inter hos cruciatū fatentur, sed non ad perfectum, nec ad plenum, quod nullo modo potest recipi, nisi beatus est, in summo bono nō est. Quod summū bonum est, supra se gradū non habet, si modo illi uirtus inest, si illam aduersa nō minuūt, si manet etiam cōminuto corpore incolumis, manet autē. Virtutē enim intelligo animosam & excellam, quā incitat, quicquid infestat, hunc animū quē saepe induunt generosa indolis iuuenes, quos alicuius honestae rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita cōtemnant, profecto sapientia infundat & tradat, persuadēbit unū bonum esse quod honestū, hoc nec remitti nec intendi potest, non magis q̄ regulam, quae uirtutē probari solet, q̄ si flectes, quicquid ex illa mutaueris, iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus, & haec recta est. Flexuram nō recipit, rigidari quidem, amplius intendi non potest. Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla, si rectior ipsa nō potest fieri, nec quae illa quidem fiunt, alia alijs rectiora sunt. Huic enim necesse est respondeant, ita paria sunt. Quid ergo inquis, iacere in conuiuiū & torqueri, paria sunt: hoc mirum uidetur tibi. Illud licet magis admireris, iacere in conuiuiū malū est, torqueri in euleo bonum est. Si illud turpiter, hoc honeste fit, bona ista aut mala non efficit materia, sed uirtus. Haec ubicunq; apparuit, omnia eiusdem mensurae ac precij sunt. In oculis nunc mihi manus intētat ille, qui omnium animū aestimat ex suo, quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius qui triumphat, & eius qui ante curram uehitur inuictus animo. Non putant enim fieri, quicquid facere nō possunt, ex infirmitate sua de uirtute ferunt sententiam. Quid miraris, si uiri, uulnerari, occidi, alligari iuuat, aliquando etiam libet. Luxurioso frugalitas poena est, pigro supplicij loco labor est. Delicatis miseria est, cōtinētia indolētia, desidio situdere torqueri est. Eodem modo haec, ad quae omnes imbecillissimus, dura atq; intoleranda credimus, oblitū q̄ multis tormentū sit uino carere, aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi & enerues, magno animo de rebus magnis iudicandū est, alioqui uidebitur illarum uitium esse, quod nostrum est. Sic quaedā rectissima (cum in aquam demissa sunt) speciem curui praeractiq; uidentibus reddunt. Non tantum quid uideas, sed quemadmodū refert, animus noster ad uera perspicenda caligat. Da mihi adolescentem incorruptum, & ingenio uegetum, dicit fortunatiorem sibi uideri, qui omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollit, qui supra fortunam extat. Non mirum est in tranquillitate non concuti. Illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes depriuntur, ibi stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in alijs quae aduersa appellamus

appellamus malis, ut opinor succidere mentem, & incuruari, & succumbere, quorum nihil sapienti uiro potest euenire. Stat rectus, sub quolibet pondere. Nulla illum res minor facit, nihil illi eorum quae ferenda sunt, displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest, in se accidisse non queritur, uires suas nouit, scit se esse natum oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullū sensum admittente submoueo. Memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis, haec mordetur, uritur, dolet. Altera rationalis, haec inconcussa opinioes habet, intrepida est, & indomita. In hac positum est summū illud hominis bonum, quod anteq̄ impleatur, incerta mentis uoluntatio est, cum uero perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaq; inchoata ad summa procedens, cultorq; uirtutis, etiam si appropinquat perfecto bono, sed ei nondum summā manū imposuit, ibi interim cessabit & remittere aliquid ex intentione mentis, nondum enim incerta transgressus est, & iam nunc uersat in lubrico, beatus uero & uirtutis exacta tunc se maxime amat, cum fortissime expertus est, & metuenda caeteris (si alicuius honesti officij praecia sunt) nō tantum fert, sed amplectatur, multoq; audire mauult, tanto melior quanto felicior uenio nūc illo quo me uocat expectatio tua, ne extra rerum naturam uagari uirtus nostra uideatur, & tremet sapiens & dolebit, & expallecet, hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est origo calamitatis, ubi illud malum uerum est: illic scilicet si ista animū detrahunt, si ad confessionē uirtutis adducunt, si illi poenitentiam sui faciunt. Sapiens quidem uincit uirtute fortunā. At multi professi sapientiam leuissimis nonnunq; minis exterriti sunt, hoc loco nostrū uirtū est, qui de sapiente dicitur exigimus & a proficiēte. Suadeo adhuc mihi ista quae laudo, nondum persuadēo, etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem, aut tā exercitata, ut ad omnes calūs percurrerem, quemadmodū lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sapius macerata & recocta, nō peribit. Sic alias disciplinas ingenia cū accipere, protinus praestant, haec nisi alte descendit, & diu sedit, animū nō colorauit, sed in fecit. Nihil ex his quae miserat, praestat. Cito hoc potest tradi & paucissimis uerbis, unū bonum esse uirtutem. Nullam certe sine uirtute, & ipsam uirtutem in parte nostri meliore, id est rationali positam. Quid erit haec uirtus? iudicium uerum & immotū, ab hoc enim impetus ueniet mentis, ab hoc omnis species quae impetū mouet, redigetur ad liquidū, huic iudicio consentaneum erit, omnia quae uirtute contracta sunt, & bona iudicare, & inter se paria. Corporum autem bona, corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona, his praecium quidem erit aliquod. Caeterum dignitas non erit, magnis inter se intervallis distabant, alia maiora, alia minora erunt, & in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est, alius iam intantum proficit, ut cōtra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter, cedunt enim nimio splendore praericti. Alius intantum, ut possit cum illa conferre uultum, si iam peruenit ad summū, & fiducia plenus est. Imperfecta necesse est labent, & modo prodeant, modo sublabantur, aut succidant, sublabentur autem, nisi ire & niti perseuerauerint, si quicq; ex studio & fidelitentione laxauerint, retro eundem est. Nemo profectum ibi inuenit, ubi reliquerat. In istemus itaq; & perseueremus, plusq; profligauimus restat, sed magna pars est profectus, uelle proficere, huius rei conscius mihi sum, uolo, & tota mente uolo, te quoq; instinctū esse, & magno ad pulcherrima properare impetu uideo, properemus, ita demū uita beneficium erit, alioqui mora est, & quidē turpis inter foeda uersantibus. Id agamus, ut nostrum omne tempus sit. Non erit autem, nisi prius nos nostrū esse ceperimus, quādo cōtinget contemnere utraq; fortunam, quando cōtinget omnibus oppressis affectibus, & sub arbitriū adductis, hanc uocem emittere: uici. Quem uicerim queris? Nō Persas, nec extrema Medorum, nec siquid ultra Dacas bellicosum iacet, sed auariciā, sed ambitionē, sed metum mortis, qui uictores gentium uicit. Vale.

EPISTOLA LXXIII. Quod exclusis occupationibus cōtinuato studio philosophandū sit, & q̄ solius sapientis sit perpetuū gaudium.

Quod queris a me, liquebat mihi, si rem edicerem per se, sed diu nō retentaui memoriā meā, itaq; nō facile me sequi, q̄ euenit libris situ coherentib; hoc euenisse